Q. HORATI FLACCI

CARMINA

КВИНТЪ ГОРАЦІЙ ФЛАККЪ

ОДЫ

въ переводѣ Алексѣя Кокотова

Q. HORATI FLACCI

CARMINA

КВИНТЪ ГОРАЦІЙ ФЛАККЪ

ОДЫ

въ переводѣ Алексѣя Кокотова

Москва
Водолей
2018

ББК 84(4Лат)
УДК 821.124
Г67

Художник *О. Сетринд*

ISBN 978–5–91763–440–1

Q. HORATI FLACCI

CARMINA

КВИНТЪ ГОРАЦІЙ ФЛАККЪ

ОДЫ

Застынуть болваномъ изъ мѣди и олова
На стогнѣ пустой – невеликая честь,
Но славно стать книжкой для Ѳеди веселаго,
Чтобъ могъ онъ подъ старость ее перечесть.

30 мая 2018

LIBER

КНИГА ПЕРВАЯ

PRIMVS

I

Maecenas atavis edite regibus,
o et praesidium et dulce decus meum,
sunt quos curriculo pulverem Olympicum
collegisse iuvat metaque fervidis
evitata rotis palmaque nobilis
terrarum dominos evehit ad deos;
hunc, si mobilium turba Quiritium
certat tergeminis tollere honoribus;
illum, si proprio condidit horreo
quicquid de Libycis verritur areis.
Gaudentem patrios findere sarculo
agros Attalicis condicionibus
numquam demoveas, ut trabe Cypria
Myrtoum pavidus nauta secet mare.
Luctantem Icariis fluctibus Africum
mercator metuens otium et oppidi
laudat rura sui; mox reficit rates
quassas, indocilis pauperiem pati.
Est qui nec veteris pocula Massici
nec partem solido demere de die
spernit, nunc viridi membra sub arbuto
stratus, nunc ad aquae lene caput sacrae.
Multos castra iuvant et lituo tubae
permixtus sonitus bellaque matribus
detestata. Manet sub Iove frigido
venator tenerae coniugis inmemor,
seu visa est catulis cerva fidelibus,
seu rupit teretis Marsus aper plagas.
Me doctarum hederae praemia frontium
dis miscent superis, me gelidum nemus

Nympharumque leves cum Satyris chori
secernunt populo, si neque tibias
Euterpe cohibet nec Polyhymnia
Lesboum refugit tendere barbiton.
Quod si me lyricis vatibus inseres,
sublimi feriam sidera vertice.

I. 1

Правнукъ – царямъ, мнѣ – защита и слава,
Знаешь ли сколькимъ другимъ, Меценатъ,
Пыль поднимать на аренахъ по нраву,
Ловко мѣту огибая семь кратъ?

Этотъ, побѣдною вѣтвью увитый,
Ввысь олимпiйской стремится тропой,
Ну а того, по капризу, квириты,
Преторомъ грознымъ взнесутъ надъ толпой.

Тотъ – будетъ счастливъ, въ амбары ссыпая
Всѣ урожаи ливiйскихъ полей,
Этому отчая пашня скупая
Злата дороже пергамскихъ царей –

Он не покинетъ ее, чтобы вольно
Кипрской сосною волну разсѣкать.
Гаванью тихой торговцы довольны –
Счастья за Самосомъ что имъ искать?

Но корабли свои все-таки чинятъ,
Голода и разоренья боясь.
Пиѳосъ массикскаго ополовинитъ,
Подъ земляничной листвой развалясь,

У родника заповѣднаго цѣлый
День избывая, счастливецъ иной.
Звукомъ трубы – упивается смѣлый
И – матерямъ ненавистной – войной.

Подъ небомъ зимнимъ охотникъ помчится
– Что ему, ярому, домъ и жена –
Если собаки подняли волчицу
Или порвавшаго сѣть кабана.

Мнѣ жъ вкругъ ученаго лба обовьются
Вѣтви плюща – и приближусь къ богамъ,
Въ рощахъ, гдѣ нимфы съ Сатиромъ смѣются,
Черни къ себѣ подойти я не дамъ.

Если звучанію лиры при этомъ
Музы дадутъ гармоническій строй,
Если причислишь меня ты къ поэтамъ –
Звѣздъ въ вышинѣ я коснусь головой.

II

Iam satis terris nivis atque dirae
grandinis misit Pater et rubente
dextera sacras iaculatus arces
terruit Urbem,

terruit gentis, grave ne rediret
saeculum Pyrrhae nova monstra questae,
omne cum Proteus pecus egit altos
visere montis,

piscium et summa genus haesit ulmo,
nota quae sedes fuerat columbis,
et superiecto pavidae natarunt
aequore dammae.

Vidimus flavom Tiberim retortis
litore Etrusco violenter undis
ire deiectum monumenta regis
templaque Vestae,

Iliae dum se nimium querenti
iactat ultorem, vagus et sinistra
labitur ripa Iove non probante u-
xorius amnis.

Audiet civis acuisse ferrum,
quo graves Persae melius perirent,
audiet pugnas vitio parentum
rara iuventus.

Quem vocet divum populus ruentis
imperi rebus? Prece qua fatigent
virgines sanctae minus audientem
carmina Vestam?

Cui dabit partis scelus expiandi
Iuppiter? Tandem venias precamur,
nube candentis umeros amictus,
augur Apollo,

sive tu mavis, Erycina ridens,
quam Iocus circumvolat et Cupido,
sive neglectum genus et nepotes
respicis, auctor,

heu nimis longo satiate ludo,
quem iuvat clamor galeaeque leves,
acer et Mauri peditis cruentum
voltus in hostem,

sive mutata iuvenem figura
ales in terris imitaris, almae
filius Maiae, patiens vocari
Caesaris ultor.

Serus in caelum redeas diuque
laetus intersis populo Quirini,
neve te nostris vitiis iniquum
ocior aura

tollat; hic magnos potius triumphos,
hic ames dici pater atque princeps,
neu sinas Medos equitare inultos
te duce, Caesar.

I. II

Тонемъ мы въ снѣгу, сыплетъ градъ зима,
Огненнымъ копьемъ небосводъ распоротъ,
Бьетъ оно и бьетъ въ два святыхъ холма –
Въ страхѣ замеръ городъ.

Въ страхѣ мнится: вѣкъ Пирры снова тутъ,
Знаменья дурны – всюду моръ, раздоры,
И бѣжалъ Протей, и быки бѣгутъ
Отъ потопа въ горы,

Рыба межъ стволовъ вязовыхъ лѣсовъ
Ходитъ косякомъ словно въ океанѣ,
И плывутъ поверхъ бѣшеныхъ валовъ,
Обезумѣвъ, лани.

Видимъ то же мы и средь нашихъ дней –
Желтый Тибръ, кипя, до святого мѣста
Досягнулъ, чтобъ смыть статуи царей
Вмѣстѣ съ храмомъ Весты.

Илію-жену слушая свою,
С лѣваго всѣ снесть берега селенья
Мужъ-потокъ спѣшитъ, даже противъ Ю
питера велѣнья.

Малочисленны, дѣти наши зрятъ,
Римлянъ предъ собой, что въ безумьѣ пьяномъ,
Сами на себя копія острятъ,
Не отмстивъ парѳянамъ.

И къ богамъ какимъ намъ идти съ мольбой
Знать не знаемъ мы – жребій Рима жалокъ.
Весты замкнутъ слухъ – и напрасенъ вой
Дѣвственныхъ весталокъ.

Кто, Юпитеръ, кто намъ вину проститъ?
Аполлонъ-пророкъ, скрытъ неопалимымъ
Облакомъ до плечъ, милость намъ явитъ
Въ блескѣ нестерпимомъ?

Или, можетъ, ты намъ прощенье дашь,
Радостно смѣясь въ играхъ, Афродита?
Или вспомнитъ вдругъ прародитель нашъ
Про народъ, столь сытый

Долгой столь – увы! – бранною игрой?
Слишкомъ любитъ Марсъ яростные клики,
Пѣхотинцевъ бой, кровь враговъ рѣкой,
Взоръ убійцы дикій!

Иль крылатый богъ, Майей порожденъ,
Юный на землѣ, станетъ намъ спаситель?
Первое теперь из его именъ:
Кесаря отмститель.

Оставайся тутъ, снизойдя съ высотъ,
Риму не снести твоего ухода.
Вѣтеръ вдругъ тебя да не унесетъ
За грѣхи народа.

Празднуй свой тріумфъ, принцепсъ и отецъ,
Ты водитель намъ и вѣнецъ желаній,
Подъ твоей рукой дрогнутъ наконецъ
Конные парѳяне!

III

Sic te diva potens Cypri,
sic fratres Helenae, lucida sidera,
ventorumque regat pater
obstrictis aliis praeter Iapyga,
navis, quae tibi creditum
debes Vergilium; finibus Atticis
reddas incolumem precor
et serves animae dimidium meae.
Illi robur et aes triplex
circa pectus erat, qui fragilem truci
commisit pelago ratem
primus, nec timuit praecipitem Africum
decertantem Aquilonibus
nec tristis Hyadas nec rabiem Noti,
quo non arbiter Hadriae
maior, tollere seu ponere volt freta.
Quem mortis timuit gradum
qui siccis oculis monstra natantia,
qui vidit mare turbidum et
infamis scopulos Acroceraunia?
Nequicquam deus abscidit
prudens Oceano dissociabili
terras, si tamen impiae
non tangenda rates transiliunt vada.
Audax omnia perpeti
gens humana ruit per vetitum nefas;
audax Iapeti genus
ignem fraude mala gentibus intulit;
post ignem aetheria domo

subductum macies et nova febrium
terris incubuit cohors
semotique prius tarda necessitas
leti corripuit gradum.
Expertus vacuum Daedalus aera
pennis non homini datis;
perrupit Acheronta Herculeus labor.
Nil mortalibus ardui est;
caelum ipsum petimus stultitia neque
per nostrum patimur scelus
iracunda Iovem ponere fulmina.

I. III

Да отпуститъ Эолъ изъ пещеры
только Япига – съ запада дуть,
Пусть съ согласья всевластной Венеры
Касторъ съ Поллуксомъ вызвѣздятъ путь,

Чтобъ корабль, на которомъ Вергилій
Вдаль уплылъ, средь безбурной тиши
До Эллады дошелъ безъ усилій.
Полдуши онъ моей, полдуши!

Грудь подъ мѣдью да въ три оборота
У того, кто свой страхъ поборовъ,
На скорлупкѣ, сквозь водовороты,
Противъ южныхъ смертельныхъ вѣтровъ

Въ путь опасный пустился впервые
Сквозь завѣсу чернѣющей мглы,
Гдѣ Гіады висятъ дождевыя
И ревутъ и бушуютъ валы.

Развѣ смерти какой-то боится,
Ея вкрадчиво-тихихъ шаговъ,
Тот, кто видѣлъ, какъ бездна клубится
У подножія Мыса Громовъ?

Тщетно богъ разсудилъ осторожно
Межъ земель Океанъ положить,
Чтобъ скорлупамъ никакъ не возможно
Было дерзко его переплыть.

Дерзновенно святые запреты
Напроломъ родъ проходитъ людской,
Столь же дерзко огонь сынъ Япета
Намъ уловкой добылъ плутовской.

Домъ коварно ограбленъ воздушный –
И тотчасъ же недуги толпой
Осаждать стали родъ непослушный,
Стала смерть тамъ поспѣшной стопой

Проходить, гдѣ была такъ лѣнива.
Богъ намъ крыльевъ къ спинѣ не придалъ –
Но, безчинный, на нихъ горделиво
Пустотѣ бросилъ вызовъ Дедалъ.

Нѣтъ для глупости смертныхъ преграды,
Все хотятъ противъ неба возстать –
И все время Юпитеру надо
Въ нихъ безъ устали громы метать.

IV

Soluitur acris hiems grata vice veris et Favoni
trahuntque siccas machinae carinas,
ac neque iam stabulis gaudet pecus aut arator igni
nec prata canis albicant pruinis.
Iam Cytherea choros ducit Venus imminente luna
iunctaeque Nymphis Gratiae decentes
alterno terram quatiunt pede, dum gravis Cyclopum
Volcanus ardens visit officinas.
Nunc decet aut viridi nitidum caput impedire myrto
aut flore, terrae quem ferunt solutae;
nunc et in umbrosis Fauno decet immolare lucis,
seu poscat agna sive malit haedo.
Pallida Mors aequo pulsat pede pauperum tabernas
regumque turris. O beate Sesti,
vitae summa brevis spem nos vetat inchoare longam.
Iam te premet nox fabulaeque Manes
et domus exilis Plutonia, quo simul mearis,
nec regna vini sortiere talis
nec tenerum Lycidan mirabere, quo calet iuventus
nunc omnis et mox virgines tepebunt.

I. IV

Подъ западнымъ вѣтромъ зима ослабѣла,
Очагъ земледѣльцу и стаду закутъ
Давно опостылѣли, и корабелы
Сухія скорлупы свои волокутъ.

И полной луной озарилась Цитера,
И оземь стопою тамъ граціи бьютъ,
И хоромъ веселая правитъ Венера,
И въ кузницахъ цѣпи циклопы куютъ.

Свободна земля и покрыта цвѣтами,
Подъ темные своды лѣсные войдемъ,
И, головы наши украсивъ вѣнками,
Для Фавна козленка съ собой принесемъ.

Но смерти угрюмой, о милый мой Сестій,
Стучится равно равнодушно рука
Въ ворота трущобъ и богатыхъ предмѣстій,
И тщетны надежды и жизнь коротка.

По жребію на предсѣдательскомъ мѣстѣ
На пирѣ не сядешь, очнувшись у Манъ.
Съ мужами въ Ликида не влюбишься вмѣстѣ,
Что будетъ и дѣвамъ въ мученіе данъ.

V

Quis multa gracilis te puer in rosa
perfusus liquidis urget odoribus
grato, Pyrrha, sub antro?
cui flavam religas comam,

simplex munditiis? Heu quotiens fidem
mutatosque deos flebit et aspera
nigris aequora ventis
emirabitur insolens,

qui nunc te fruitur credulus aurea,
qui semper vacuam, semper amabilem
sperat, nescius aurae
fallacis. Miseri, quibus

intemptata nites. Me tabula sacer
votiva paries indicat uvida
suspendisse potenti
vestimenta maris deo.

I. V

И розовый запахъ подъ сводомъ разлитъ –
Ты груди свои умастила,
И мальчикъ пылаетъ и къ ложу тѣснитъ,
И волосы ты распустила.

Неопытный! сколько ему горевать –
Его оттолкнутъ раздраженно,
Что море умѣетъ еще бушевать,
Увидитъ онъ вдругъ изумленно.

Онъ вѣритъ, несчастный, что вся ты его,
Не зная, что взоръ твой скрываетъ,
Какъ можно въ отчаянье впасть оттого,
Что вѣтеръ измѣнчивъ бываетъ,

Не вѣдаетъ ужаса чуждыхъ мнѣ грозъ –
Безтрепетный, не безъ урону
я спасся и, влажныя, въ жертву принесъ
Одежды свои Посейдону.

VI

Scriberis Vario fortis et hostium
uictor, Maeonii carminis alite,
quam rem cumque ferox nauibus aut equis
    miles te duce gesserit.

Nos, Agrippa, neque haec dicere nec gravem
Pelidae stomachum cedere nescii,
nec cursus duplicis per mare Vlixei
    nec saevam Pelopis domum

conamur, tenues grandia, dum pudor
inbellisque lyrae Musa potens vetat
laudes egregii Caesaris et tuas
    culpa deterere ingeni.

Quis Martem tunica tectum adamantina
digne scripserit aut pulvere Troico
nigrum Merionen aut ope Palladis
    Tydiden superis parem?

Nos convivia, nos proelia virginum
sectis in iuvenes unguibus acrium
cantamus, vacui sive quid urimur
    non praeter solitum leves.

I. VI

Пусть Варій разскажетъ – лидіецъ крылатый –
Какъ мечешь, Агриппа, ты грозные громы,
Какъ бьются на морѣ и сушѣ солдаты,
Тобою ведомы.

Мнѣ пѣть не подъ силу моря бороздящій
Корабль Одиссея, пещеру киклопа,
Ахилла во гнѣвѣ и страхъ леденящій
Въ семействѣ Пелопа.

Мнѣ Музой не велѣно кесарей славить
И тихою лирой бряцать величаво:
Боюсь я – оплошкой таланта – убавить
Имъ блеска и славы.

О, какъ разсказать о сверканьѣ туники
На Марсѣ, о кликахъ троянцевъ въ осадѣ,
Какъ пѣть Діомеда, что равновеликій
споспѣшникъ Палладѣ?

Пою я лишь битвы, въ которыхъ дѣвицы
Царапаютъ ногтемъ короткимъ небольно.
Въ нихъ можно безстрастному воспламениться:
Чуть-чуть – и довольно.

VII

Laudabunt alii claram Rhodon aut Mytilenen
aut Ephesum bimarisve Corinthi
moenia vel Baccho Thebas vel Apolline Delphos
insignis aut Thessala Tempe;
sunt quibus unum opus est intactae Palladis urbem
carmine perpetuo celebrare et
undique decerptam fronti praeponere olivam;
plurimus in Iunonis honorem
aptum dicet equis Argos ditesque Mycenas:
me nec tam patiens Lacedaemon
nec tam Larisae percussit campus opimae
quam domus Albuneae resonantis
et praeceps Anio ac Tiburni lucus et uda
mobilibus pomaria riuis.
Albus ut obscuro deterget nubila caelo
saepe Notus neque parturit imbris
perpetuo, sic tu sapiens finire memento
tristitiam vitaeque labores
molli, Plance, mero, seu te fulgentia signis
castra tenent seu densa tenebit
Tiburis umbra tui. Teucer Salamina patremque
cum fugeret, tamen uda Lyaeo
tempora populea fertur uinxisse corona,
sic tristis affatus amicos:
'Quo nos cumque feret melior fortuna parente,
ibimus, o socii comitesque.
Nil desperandum Teucro duce et auspice Teucro:
certus enim promisit Apollo
ambiguam tellure nova Salamina futuram.
O fortes peioraque passi

mecum saepe viri, nunc vino pellite curas;
cras ingens iterabimus aequor.’

I. VII

Сіяющій Родосъ, Эфесъ и Митилены
Пусть хвалятъ прочіе въ стихахъ,
Иль Ѳессалійскій долъ или Коринѳа стѣны,
Стоящаго о двухъ моряхъ,

Пусть городъ дѣвственной Паллады горделивый
Въ длиннѣйшихъ одахъ воспоютъ –
Вѣдь на вѣнки себѣ вѣтвей съ ея оливы
Повсюду въ Аттикѣ нарвутъ –

Юнонѣ въ честь Аргосъ пусть хвалятъ лирой звучной,
Прославленныхъ его коней –
Ни Спарта стойкая, ни край ларисскій тучный
Мой духъ не поразятъ сильнѣй,

Чѣмъ Аніо потокъ, въ паденьѣ бѣлопѣнный,
И гулкій альбунейскій гротъ,
Сады фруктовые и лѣсъ вокругъ священный.
Глядишь, съ небесъ и сгонитъ Нотъ

Тьму этихъ тучъ долой – дождливыхъ, мрачныхъ, вѣчныхъ –
Не сѣтуй, друже, замолчи
И горечь терпкую печалей безконечныхъ
Виномъ разымчивымъ смягчи.

Изгнанникъ Тевкръ друзьямъ, съ печалью покидая
Отца и Саламинъ родной,
Вѣнокъ изъ тополя на лобъ свой возлагая,
Проговорилъ, слегка хмельной:

Судьба грядущая отца едва ль жесточе,
Поплыли съ Тевкромъ, въ добрый часъ!
Есть новый Саламинъ за краемъ черной ночи
– Все съ тѣмъ же именемъ – для насъ.

Со мной терпѣли вы и худшія лишенья,
Въ винѣ потопимъ мы печаль
И завтра уплывемъ, не чая возвращенья,
Въ безкрайнюю морскую даль.

VIII

Lydia, dic, per omnis
te deos oro, Sybarin cur properes amando
perdere, cur apricum
oderit Campum, patiens pulveris atque solis,
cur neque militaris
inter aequalis equitet, Gallica nec lupatis
temperet ora frenis.
Cur timet flavum Tiberim tangere? Cur olivum
sanguine viperino
cautius vitat neque iam livida gestat armis
bracchia, saepe disco
saepe trans finem iaculo nobilis expedito?
quid latet, ut marinae
filium dicunt Thetidis sub lacrimosa Troia
funera, ne virilis
cultus in caedem et Lycias proriperet catervas?

I. VIII

Лидія, чѣмъ ты плѣнила
– Заклинаю я, скажи – Сибариса молодого?
Воину ничто не мило
– Поле, лагерь, солнце, пыль – из любимаго былого.

Пропадетъ онъ такъ безъ толка,
Нѣтъ чтобъ съ равными себѣ осѣдлать лихого галльца

И уздой съ зубами волка
Губы бѣшеному сжать. Замочить не хочетъ пальца

Въ желтомъ Тибрѣ, словно яда
Отвратительнѣйшихъ змѣй избѣгаетъ скользкихъ маселъ,
Браннаго бѣжитъ снаряда –
Отъ рубцовъ и синяковъ онъ себя обезопасилъ.

Отчего живетъ, скрываясь,
В точь какъ нѣкогда Ахиллъ убѣгалъ отъ славной смерти:
Молъ, какъ дѣва одѣваясь,
не вломлюсь въ ликійскій строй средь кровавой круговерти.

IX

Vides ut alta stet nive candidum
Soracte nec iam sustineant onus
silvae laborantes geluque
flumina constiterint acuto?

Dissolve frigus ligna super foco
large reponens atque benignius
deprome quadrimum Sabina,
o Thaliarche, merum diota.

Permitte divis cetera, qui simul
strauere ventos aequore fervido
deproeliantis, nec cupressi
nec veteres agitantur orni.

Quid sit futurum cras, fuge quaerere, et
quem fors dierum cumque dabit, lucro
adpone nec dulcis amores
sperne, puer, neque tu choreas,

donec virenti canities abest
morosa. Nunc et Campus et areae
lenesque sub noctem susurri
composita repetantur hora,

nunc et latentis proditor intumo
gratus puellae risus ab angulo
pignusque dereptum lacertis
aut digito male pertinaci.

I. IX

Смотри – въ снѣгу Сорактъ, и лѣсъ подъ нимъ
Совсѣмъ уснулъ покрытый ношей бѣлой.
Потокъ знакомый – недвижимъ
Подъ коркою оледенѣлой.

Такъ разожги скорѣе докрасна
Очагъ въ дому, какъ должно въ эту пору.
Четырехлѣтняго вина
Плесни смѣлѣе изъ амфоры.

И предоставь все прочее богамъ,
Вѣдь имъ однимъ грядущій жребій ясенъ –
Пусть буря мчится къ берегамъ,
Пусть не шелохнетъ вѣткой ясень.

Что въ будущемъ таится – не гадай,
Въ прибытокъ все, что дальше ни случится:
Зоветъ любовь – не избѣгай,
Танцуютъ – нужно веселиться.

Еще расцвѣтъ, и старость далека.
И въ радость звонъ мечей и конскій топотъ,
И ночью ты навѣрняка
Услышишь чей-то тихій шопотъ.

Найдешь ее – все выдастъ нѣжный смѣхъ! –
Въ залогъ любви съ руки ея проворно
Кольцо ты снимешь безъ помѣхъ:
Чинимы тѣ – полупритворно.

X

Mercuri, facunde nepos Atlantis,
qui feros cultus hominum recentum
voce formasti catus et decorae
    more palaestrae,

te canam, magni Iovis et deorum
nuntium curvaeque lyrae parentem,
callidum quicquid placuit iocoso
    condere furto.

Te, boves olim nisi reddidisses
per dolum amotas, puerum minaci
voce dum terret, viduus pharetra
    risit Apollo.

Quin et Atridas duce te superbos
Ilio dives Priamus relicto
Thessalosque ignis et iniqua Troiae
    castra fefellit.

Tu pias laetis animas reponis
sedibus virgaque levem coerces
aurea turbam, superis deorum
    gratus et imis.

I. X

Атласа внукъ, о рѣчистый Меркурій,
Дикихъ пришельцевъ избавивъ отъ дури,
Ты обтесалъ насъ въ палестрѣ своей,
Сдѣлавъ умнѣй.

Волю доносишь Юпитера міру,
Первымъ ты гнутую выдумалъ лиру,
Все, что ни глянется, спрячешь, какъ тать,
Чтобъ хохотать.

Ловко укралъ ты быковъ Аполлона,
Мстить изготовился тотъ разъяренно.
Хвать – нѣтъ колчана! И яростный богъ
Со смѣху легъ.

С ношей богатою велъ ты Пріама
Черезъ костры караульные прямо
И не услышали въ станѣ враговъ
Вашихъ шаговъ.

Тянутся тихо, тобою ведомы,
Души прозрачныя къ вѣчному дому,
Милъ ты подземнымъ и вышнимъ богамъ.
Милъ ты и намъ.

XI

Tu ne quaesieris (scire nefas) quem mihi, quem tibi
finem di dederint, Leuconoe, nec Babylonios
temptaris numeros. Ut melius quicquid erit pati!
Seu pluris hiemes seu tribuit Iuppiter ultimam,
quae nunc oppositis debilitat pumicibus mare
Tyrrhenum, sapias, vina liques et spatio brevi
spem longam reseces. Dum loquimur, fugerit invida
aetas: carpe diem, quam minimum credula postero.

I. XI

Непотребны, Левконоя, вавилонскія гаданья,
Ты не вызнаешь, что будетъ, ни съ тобою, ни со мной.
Что ни дастъ Юпитеръ – примемъ, все – и радость
и страданья,
Знать бушуетъ *наше море* не послѣднею зимой.
Сколько будетъ ихъ? Не знаемъ – предсказанье
непонятно,
Нацѣди вина побольше и надежды поумѣрь.
Мы бесѣдуемъ, а время убѣгаетъ безвозвратно,
День лови и будь довольна, а грядущему не вѣрь.

XII

Quem virum aut heroa lyra vel acri
tibia sumis celebrare, Clio?
Quem deum? Cuius recinet iocosa
    nomen imago

aut in umbrosis Heliconis oris
aut super Pindo gelidove in Haemo?
Unde vocalem temere insecutae
    Orphea silvae

arte materna rapidos morantem
fluminum lapsus celerisque ventos,
blandum et auritas fidibus canoris
    ducere quercus.

Quid prius dicam solitis parentis
laudibus, qui res hominum ac deorum,
qui mare ac terras variisque mundum
    temperat horis?

Unde nil maius generatur ipso
nec viget quicquam simile aut secundum;
proximos illi tamen occupabit
    Pallas honores.

Proeliis audax, neque te silebo,
Liber, et saevis inimica virgo
beluis, nec te, metuende certa
    Phoebe sagitta.

Dicam et Alciden puerosque Ledae,
hunc equis, illum superare pugnis
nobilem; quorum simul alba nautis
stella refulsit,

defluit saxis agitatus umor,
concidunt venti fugiuntque nubes
et minax, quod sic volvere, ponto
unda recumbit.

Romulum post hos prius an quietum
Pompili regnum memorem, an superbos
Tarquini fasces, dubito, an Catonis
nobile letum.

Regulum et Scauros animaeque magnae
prodigum Paulum superante Poeno
gratus insigni referam Camena
Fabriciumque.

Hunc et incomptis Curium capillis
utilem bello tulit et Camillum
saeva paupertas et avitus apto
cum lare fundus.

Crescit occulto velut arbor aevo
fama Marcelli; micat inter omnis
Iulium sidus, velut inter ignis
luna minores.

Gentis humanae pater atque custos,
orte Saturno, tibi cura magni
Caesaris fatis data: tu secundo
Caesare regnes.

Ille seu Parthos Latio imminentis
egerit iusto domitos triumpho
sive subiectos Orientis orae
Seras et Indos,

te minor laetum reget aequus orbem:
tu gravi curru quaties Olympum,
tu parum castis inimica mittes
fulmina lucis.

I. XII

Какого мужа флейтою визгливой
Иль лирою прославишь, Кліо, ты?
Чье имя эхомъ повторятъ шутливо
Высокіе хребты

Холоднаго заснѣженнаго Гема?
Откликнутся на звукъ тотъ голоса
Со склоновъ Пинда, стынущаго нѣмо.
Смущенные лѣса

Оттуда разъ сошли вослѣдъ Орфея,
И дубъ за дубомъ брелъ, уже не глухъ,
И всталъ потокъ и вѣтеръ смолкъ – не вѣя,
А обратившись въ слухъ.

Но что я пропою передъ хвалою,
Такой привычною отцу боговъ,
Что властвуетъ надъ моремъ и землею
И чередой вѣковъ?

Огромнѣй всѣхъ могучій богъ-громада,
Не равенъ онъ на свѣтѣ никому,
Второго – нѣтъ, и можетъ лишь Паллада
Приблизиться къ нему.

Какъ грозенъ ты, отважный Либеръ пьяный
Я умолчать – хотѣлъ бы – не сумѣлъ.

Кто убѣжитъ отъ яростной Діаны
И Феба мѣткихъ стрѣлъ?

Алкида воспою и славныя побѣды
На скачкахъ и въ бояхъ на кулакахъ
Двухъ сыновей Зевесовыхъ отъ Леды.
Заблещетъ въ облакахъ

Созвѣздье ихъ тогда лишь мореходу,
Когда прибой смирится у скалы
И, грозная, отступитъ непогода,
Утишатся валы.

Кого затѣмъ прославлю дерзновенно?
Власть Ромула, иль царства мощну твердь
Тарквинія, Катона незабвенно
Возвышенную смерть?

И Регула, въ оковахъ Карѳагена,
И Павла, что при Каннахъ въ битвѣ палъ,
Всѣхъ вспомнитъ благодарная Камена,
Кто жизнь за Римъ отдалъ.

И Курія косматаго, чья сила
Самнитской оказалася правѣй,
И скромное имѣніе Камилла,
Что въ Римъ вошел изъ Вей.

Марцелла славу время силой тайной,
Какъ древо, выраститъ. Все ярче свѣтъ –
Отъ Юліевъ – Луны необычайной
Среди меньшихъ планетъ.

Хранитель нашъ, о мощный сынъ Сатурна!
Своей защитой Цезаря покрой.
И властвуйте надъ нашей жизнью бурной:
Ты первый – онъ второй.

Пароянъ коварныхъ пусть онъ укрощаетъ,
Къ врагамъ своимъ безжалостно-жестокъ,
Въ предѣлы дальны серовъ возвращаетъ
Обратно на востокъ.

Пусть правитъ онъ, ты – грозной колесницей
Тряси Олимпъ: пусть дрогнутъ свѣтъ и тьма.
И въ дольній міръ мечи своей десницей
Могучіе грома.

XIII

Cum tu, Lydia, Telephi
cervicem roseam, cerea Telephi
laudas bracchia, vae, meum
fervens difficili bile tumet iecur.
Tunc nec mens mihi nec color
certa sede manet, umor et in genas
furtim labitur, arguens
quam lentis penitus macerer ignibus.
Uror, seu tibi candidos
turparunt umeros inmodicae mero
rixae, sive puer furens
inpressit memorem dente labris notam.
Non, si me satis audias,
speres perpetuum dulcia barbare
laedentem oscula, quae Venus
quinta parte sui nectaris imbuit.
Felices ter et amplius
quos inrupta tenet copula nec malis
divolsus querimoniis
suprema citius solvet amor die.

I. XIII

Лидія, я – каменѣю,
Если Телефа ты хвалишь:
Молвивъ «какъ онъ розовъ шеей!»,
ПиѲосъ желчи мнѣ прибавишь.

Тутъ же я въ лицѣ мѣняюсь,
Голову совсѣмъ теряя,
И слезами обливаюсь,
Черной ревностью сгорая.

О, какъ ты хохочешь грубо,
Распустивъ тугія косы,
У какъ вспухли твои губы
Отъ зубовъ молокососа!

Тутъ ничто не обнадежитъ:
Броситъ онъ, – какъ ни люби ты –
Разъ такъ варварски корежитъ
Даръ нѣжнѣйшій Афродиты.

Знай: блаженна та трегубо,
Кто, вдали отъ круговерти,
Любитъ только однолюба,
Вѣрнаго до самой смерти.

XIV

O navis, referent in mare te novi
fluctus. O quid agis? Fortiter occupa
    portum. Nonne vides ut
    nudum remigio latus,

et malus celeri saucius Africo
antemnaeque gemant ac sine funibus
    vix durare carinae
    possint imperiosius

aequor? Non tibi sunt integra lintea,
non di, quos iterum pressa voces malo.
    Quamvis Pontica pinus,
    silvae filia nobilis,

iactes et genus et nomen inutile:
nil pictis timidus navita puppibus
    fidit. Tu, nisi ventis
    debes ludibrium, cave.

Nuper sollicitum quae mihi taedium,
nunc desiderium curaque non levis,
    interfusa nitentis
    vites aequora Cycladas.

I. XIV

Гордый корабль! Изъ надежнаго порта
Снова теченьемъ тебя унесло,
Буря послѣднее съ праваго борта
Сбила весло!

Къ берегу вспять воротись поскорѣе –
Африка злые порывы сильны,
Мачта шатается, сорваны реи.
Мощной волны

Киль не удержитъ, канатовъ лишенный.
Цѣлыхъ уже не найти парусовъ,
Боги безмолвны. Съ кормы разнесенной
Ни голосовъ,

Ни прорицаній ихъ благопріятныхъ,
Гордый, не слышитъ уже мореходъ.
Остерегись! Избѣги вѣроятныхъ
Большихъ невзгодъ!

Сталъ ты причиной тяжелой заботы,
Больно опасенъ недавній разладъ –
Так обойди же ты водовороты
Бурныхъ Кикладъ!

XV

Pastor cum traheret per freta navibus
Idaeis Helenen perfidus hospitam,
ingrato celeris obruit otio
ventos ut caneret fera

Nereus fata: ‘Mala ducis avi domum
quam multo repetet Graecia milite,
coniurata tuas rumpere nuptias
et regnum Priami vetus.

Heu, heu, quantus equis, quantus adest viris
sudor! Quanta moves funera Dardanae
genti! Iam galeam Pallas et aegida
currusque et rabiem parat.

Nequicquam Veneris praesidio ferox
pectes caesariem grataque feminis
inbelli cithara carmina divides;
nequicquam thalamo gravis

hastas et calami spicula Cnosii
vitabis strepitumque et celerem sequi
Aiacem: tamen, heu serus, adulteros
crines pulvere collines.

Non Laertiaden, exitium tuae
gentis, non Pylium Nestora respicis?
Urgent inpavidi te Salaminius
Teucer, te Sthenelus sciens

pugnae, sive opus est imperitare equis,
non auriga piger; Merionen quoque
nosces. Ecce furit te reperire atrox
    Tydides melior patre,

quem tu, cervus uti vallis in altera
visum parte lupum graminis inmemor,
sublimi fugies mollis anhelitu,
    non hoc pollicitus tuae.

Iracunda diem proferet Ilio
matronisque Phrygum classis Achillei;
post certas hiemes uret Achaicus
    ignis Iliacas domos.’

I. XV

Къ Троѣ корабль съ пастухомъ вѣроломнымъ
Вмѣстѣ съ Еленою несся скорѣй.
Морю застынуть въ безвѣтріи полномъ
Вдругъ приказалъ на мгновенье Нерей.

“Греки отплатятъ за это коварство,
– голосъ зловѣщій сказалъ въ тишинѣ –
Древнее рухнетъ Пріамово царство,
Славная Троя погибнетъ въ огнѣ,

Смѣшанъ съ людскимъ, скоро потъ лошадиный
Бранное поле обильно зальетъ,
Шлемъ разъяренно сверкаетъ Аѳины,
Тризнъ похоронныхъ немало васъ ждетъ!

Тщетенъ Венеры покровъ – безнадежно
Нѣжною лирою мирно бряцать,

Кудри на плечи откинувъ небрежно,
Въ брачныхъ покояхъ защиты искать.

Дротики остры, тяжелы остроги –
Молишь, чтобъ боги ихъ прочь отвели?
Прелюбодѣю Аяксъ быстроногій
Кудри въ кровавой измажетъ пыли.

Тевкръ саламинецъ и Сѳенелъ-возница
Несторъ Пилосскій и самъ Одиссей
Местью пылаютъ – весь міръ устремится
Вслѣдъ за троянцами съ яростью всей.

Топотъ ты слышишь коней Меріона?
Ищетъ повсюду тебя Діомедъ,
Воетъ Кассандра въ ночи иступленно
Плача, пророчитъ вамъ тысячи бѣдъ.

Такъ убѣгай, наподобье оленя,
Ринувшись въ сторону прочь черезъ лугъ.
Трусъ, разве то обѣщалъ ты Еленѣ?
Волкъ тебѣ что ли причудился вдругъ?

Гнѣвъ Ахиллесовъ немного оттянетъ
Вашу погибель, но въ должный чередъ
Пламя ахейское грозно возстанетъ,
Заститъ все небо и Трою пожретъ."

XVI

O matre pulchra filia pulchrior,
quem criminosis cumque voles modum
pones iambis, sive flamma
sive mari libet Hadriano.

Non Dindymene, non adytis quatit
mentem sacerdotum incola Pythius,
non Liber aeque, non acuta
sic geminant Corybantes aera,

tristes ut irae, quas neque Noricus
deterret ensis nec mare naufragum
nec saevus ignis nec tremendo
Iuppiter ipse ruens tumultu.

Fertur Prometheus addere principi
limo coactus particulam undique
desectam et insani leonis
vim stomacho apposuisse nostro.

Irae Thyesten exitio gravi
strauere et altis urbibus ultimae
stetere causae, cur perirent
funditus inprimeretque muris

hostile aratrum exercitus insolens.
Conpesce mentem: me quoque pectoris
temptavit in dulci iuventa
feruor et in celeres iambos

misit furentem. Nunc ego mitibus
mutare quaero tristia, dum mihi
fias recantatis amica
opprobriis animumque reddas.

I. XVI

Дочерь, затмившая мать красотою,
Ямбы преступные Флакку прости –
Дѣлай, что хочешь, съ той пѣсней пустою,
Лучше – золою по вѣтру пусти.

Ужасъ жрецовъ не сравнить леденящій
Передъ пиѳійскимъ златымъ алтаремъ,
Стукъ корибантовъ по мѣди гудящей,
Вакха безумнаго въ буйствѣ своемъ

Съ Гнѣвомъ угрюмымъ – предъ нимъ все нѣмѣетъ,
Гнется, ломаясь, норикская сталь,
Огнь потухаетъ и Адрій мелѣетъ,
Тихнетъ громами гремящая даль.

О Прометеѣ давно говорится,
Что – при замѣсѣ – онъ въ глинистый илъ
Гнѣвнаго льва раскаленну частицу
Намъ, человѣкамъ, сердясь, подложилъ.

Гнѣвъ былъ причиной несчастій Ѳіеста,
Гнѣвъ неразумный губилъ города:
Гдѣ они были – тамъ ровное мѣсто,
Стѣну сравняли съ землей безъ слѣда

Тяжкія грозныхъ враговъ колесницы.
Въ юности гнѣвенъ я былъ, но теперь

Сердце утихло – пора намъ мириться,
Ямбы прости мнѣ и гнѣвъ свой умѣрь.

Тихою нѣжностью рѣзкость былую
Я искупаю. Ко мнѣ ты прильни
Видишь, любимая, какъ я тоскую?
Ну такъ прости мнѣ и душу верни.

XVII

Velox amoenum saepe Lucretilem
mutat Lycaeo Faunus et igneam
defendit aestatem capellis
usque meis pluviosque ventos.

Inpune tutum per nemus arbutos
quaerunt latentis et thyma deviae
olentis uxores mariti
nec viridis metuunt colubras

nec Martialis haediliae lupos,
utcumque dulci, Tyndari, fistula
valles et Usticae cubantis
levia personuere saxa.

Di me tuentur, dis pietas mea
et Musa cordi est. Hic tibi copia
manabit ad plenum benigno
ruris honorum opulenta cornu;

hic in reducta valle Caniculae
vitabis aestus et fide Teia
dices laborantis in uno
Penelopen vitreamque Circen;

hic innocentis pocula Lesbii
duces sub umbra nec Semeleius
cum Marte confundet Thyoneus
proelia nec metues protervum

suspecta Cyrum, ne male dispari
incontinentis iniciat manus
et scindat haerentem coronam
crinibus inmeritamque vestem.

I. XVII

На милый Лукретилъ частенько Фавнъ мѣняетъ
Высокій свой Ликей.
Отъ жара лѣтняго онъ козъ моихъ спасаетъ
И проливныхъ дождей.

И жены робкія зловоннаго супруга,
Не выбирая путь
Среди лѣсной глуши, безъ всякаго испуга
Пасутся какъ-нибудь.

Что имъ змѣя и волкъ, когда на звукъ свирѣли
Откликнулись холмы,
И скалы Устики пологія запѣли,
Гармоніи полны.

Мы съ Музой дороги всѣмъ божествамъ окрестнымъ
И насъ они хранятъ.
Здѣсь и тебя они своимъ вниманьемъ лестнымъ
Охотно окружатъ,

Когда ты намъ споешь, въ тѣни прохладной млѣя,
Какъ много лѣтъ тому
Томились двѣ жены въ Итакѣ и на Эѣ
По мужу одному.

Лесбійское мы здѣсь откупоримъ съ тобою;
Нарушивъ тихій миръ,

Ни Марсъ ни Діонисъ здѣсь не затѣютъ боя,
И непотребный Киръ

Вѣнка съ твоихъ волосъ не сможетъ сдернуть прыткій
Въ неравной столь борьбѣ,
Рукою грубою не изорветъ накидки,
Идущей такъ тебѣ.

XVIII

Nullam, Vare, sacra vite prius severis arborem
circa mite solum Tiburis et moenia Catili;
siccis omnia nam dura deus proposuit neque
mordaces aliter diffugiunt sollicitudines.
Quis post vina gravem militiam aut pauperiem crepat?
Quis non te potius, Bacche pater, teque decens Venus?
Ac ne quis modici transiliat munera Liberi,
Centaurea monet cum Lapithis rixa super mero
debellata, monet Sithoniis non levis Euhius,
cum fas atque nefas exiguo fine libidinum
discernunt avidi. Non ego te, candide Bassareu,
invitum quatiam nec variis obsita frondibus
sub divum rapiam. Saeva tene cum Berecyntio
cornu tympana, quae subsequitur caecus amor sui
et tollens vacuum plus nimio gloria verticem
arcanique fides prodiga, perlucidior vitro.

I. XVIII

Около Тибура, за его оградой
Не сажай деревьевъ раньше винограда.
Пьемъ мы, чтобъ заботы насъ не удручали –
Въ воздержаньѣ трезвомъ, Варъ, однѣ печали.
Тотъ, кто, выпивъ, славитъ Бахуса-папашу,
Не клянетъ военну тяжку службу нашу.

Помни только мѣру – *Либеръ* мститъ буяну:
И кентавръ съ *лапиѳомъ* стали биться спьяну.
Должное съ недолжнымъ сходствуютъ отчасти,
Пусть хмельныхъ Ѳракійцевъ разбираютъ страсти,
Я же зло и благо различить умѣю,
Рощъ святыхъ не выдамъ бога Бассарея,
Глупымъ барабанамъ, берекинтскимъ трубамъ
Можно утѣшаться самохвальствомъ грубымъ,
И съ бахвальствомъ пьянымъ и пустоголовымъ
Выдавать секреты неразумнымъ словомъ.

XIX

Mater saeva Cupidinum
Thebanaeque iubet me Semelae puer
    et lasciva Licentia
finitis animum reddere amoribus.
    Urit me Glycerae nitor
splendentis Pario marmore purius;
    urit grata proteruitas
et voltus nimium lubricus aspici.
    In me tota ruens Venus
Cyprum deseruit, nec patitur Scythas
    aut versis animosum equis
Parthum dicere nec quae nihil attinent.
    Hic vivum mihi caespitem, hic
verbenas, pueri, ponite turaque
    bimi cum patera meri:
mactata veniet lenior hostia.

I. XIX

Духъ свободный сладострастья
Повелѣлъ мнѣ вспомнить вновь
Про мое былое счастье –
Позабытую любовь.

Я отъ Гликеры хмелѣю,
Бѣломраморный Паросъ

Взора милой не свѣтлѣе,
Я боюсь его до слезъ.

Знать, Киприда запрещаетъ
– Скушны эти звуки ей –
Пѣть, какъ скиѳы укрощаютъ
Необъѣзженныхъ коней.

Мальчикъ, принеси патеру,
Дерна, мирта и вина –
Явитъ милость мнѣ Венера
Жертвой нашей смягчена.

XX

Vile potabis modicis Sabinum
cantharis, Graeca quod ego ipse testa
conditum levi, datus in theatro
  cum tibi plausus,

care Maecenas eques, ut paterni
fluminis ripae simul et iocosa
redderet laudes tibi Vaticani
  montis imago.

Caecubum et prelo domitam Caleno
tu bibes uvam; mea nec Falernae
temperant vites neque Formiani
  pocula colles.

I. XX

У меня объ эту пору –
Лишь сабинское простое:
Запечаталъ я амфору
Въ день, какъ Римъ въ театрѣ, стоя,
Мецената славилъ рьяно
Гулкимъ грохотомъ овацій,
Шумъ достигнулъ Ватикана,
Весь былъ полонъ эхомъ Лацій –

Горечь пьяная фалерна
Слишкомъ ужъ тебѣ знакома,
И кекубского навѣрно
Можешь выпить ты и дома.

XXI

Dianam tenerae dicite virgines,
intonsum, pueri, dicite Cynthium
Latonamque supremo
dilectam penitus Iovi;

vos laetam fluviis et nemorum coma,
quaecumque aut gelido prominet Algido,
nigris aut Erymanthi
silvis aut viridis Gragi;

vos Tempe totidem tollite laudibus
natalemque, mares, Delon Apollinis
insignemque pharetra
fraternaque umerum lyra.

Hic bellum lacrimosum, hic miseram famem
pestemque a populo et principe Caesare in
Persas atque Britannos
vestra motus aget prece.

I. XXI

Пойте, о юноши звонкоголосые,
Пойте вы Феба солнцеволосого,
Пойте сестру его, о дѣвы чистыя,
Пойте Діану свѣтлолучистую.

Правитъ Діана ручьями звенящими,
Правитъ и зеленокудрыми чащами,
Правитъ горами далекими бѣлыми,
Правитъ и скалами оледенѣлыми.

Ваше жъ, мужи, громогласное пѣніе
Славитъ пусть Фебово мѣсто рожденія,
Мощно плечо его, лукомъ натружено,
Тяжкимъ колчаномъ и лирой нагружено.

Пусть онъ спасетъ насъ от мора и голода,
Не насылаетъ ни жара, ни холода,
Бѣды пусть кружатъ надъ дальними странами,
Пусть досаждаютъ бриттамъ съ парѳянами.

XXII

Integer vitae scelerisque purus
non eget Mauris iaculis neque arcu
nec venenatis gravida sagittis,
    Fusce, pharetra,

sive per Syrtis iter aestuosas
sive facturus per inhospitalem
Caucasum vel quae loca fabulosus
    lambit Hydaspes.

Namque me silva lupus in Sabina,
dum meam canto Lalagen et ultra
terminum curis vagor expeditis,
    fugit inermem,

quale portentum neque militaris
Daunias latis alit aesculetis
nec Iubae tellus generat, leonum
    arida nutrix.

Pone me pigris ubi nulla campis
arbor aestiva recreatur aura,
quod latus mundi nebulae malusque
    Iuppiter urget;

pone sub curru nimium propinqui
solis in terra domibus negata:
dulce ridentem Lalagen amabo,
    dulce loquentem.

I. XXII

Тотъ, кто чистъ душою безъ изъяна,
Можетъ въ путь копья съ собой не брать,
Можетъ онъ не снаряжать колчана,
Стрѣлъ не отравлять.

Что ему далекихъ горъ азійскихъ
Негостепріимный лабиринтъ,
Злой прибой у береговъ ливійскихъ,
Баснословный Индъ,

Безоружный, *Лалагѣ* въ чащобѣ
Пѣснь пою. Сабинскій не страшитъ
Волкъ меня – пусть въ самой ярой злобѣ
Мимо онъ бѣжитъ,

А во всей Апуліи военной
Звѣря нѣтъ лютѣй подъ сѣнью древъ,
Вскормленный пустыней раскаленной,
Не опаснѣй левъ.

Брось меня среди полей безплодныхъ
Тѣхъ, что южный вѣтеръ не живитъ,
Гдѣ Юпитеръ среди тучъ холодныхъ
Навсегда сердитъ,

Къ солнцу брось меня подъ колесницу –
Холодомъ ли, зноемъ опаленъ,
Лалагу, болтливую шутницу,
Буду пѣть, влюбленъ.

XXIII

Vitas inuleo me similis, Chloe,
quaerenti pavidam montibus aviis
matrem non sine vano
aurarum et silvae metu.

Nam seu mobilibus veris inhorruit
adventus folliis, seu virides rubum
dimovere lacertae,
et corde et genibus tremit.

Atqui non ego te, tigris ut aspera
Gaetulusue leo, frangere persequor:
tandem desine matrem
tempestiva sequi viro.

I. XXIII

Олененокъ такъ отсталый
Ищетъ мать и весь дрожитъ,
Мчится опрометью въ скалы
Чуть листва гдѣ зашуршитъ,

Если ящерка иглою
Въ ежевикѣ промелькнетъ
Страхъ охватываетъ Хлою,
Сердце вдругъ захолонетъ,

Я не левъ разсвирѣпѣлый,
Полно прятаться за мать –
Время Хлоѣ подоспѣло
Мужа нѣжнаго узнать.

XXIV

Quis desiderio sit pudor aut modus
tam cari capitis? Praecipe lugubris
cantus, Melpomene, cui liquidam pater
    vocem cum cithara dedit.

Ergo Quintilium perpetuus sopor
urget? Cui Pudor et Iustitiae soror,
incorrupta Fides, nudaque Veritas
    quando ullum inveniet parem?

Multis ille bonis flebilis occidit,
nulli flebilior quam tibi, Vergili.
Tu frustra pius, heu, non ita creditum
    poscis Quintilium deos.

Quid si Threicio blandius Orpheo
auditam moderere arboribus fidem?
Num vanae redeat sanguis imagini,
    quam virga semel horrida,

non lenis precibus fata recludere,
nigro compulerit Mercurius gregi?
durum: sed levius fit patientia
    quicquid corrigere est nefas.

I. XXIV

Не помня мѣры намъ, рыдать тутъ не позорно –
Над дорогой главой, утратой самой черной.
Печальнымъ пѣснямъ я отъ Музы наученъ –
Далъ Зевсъ киѳару ей и самый чистый тонъ.

Что жъ? Стало быть, навѣкъ ушелъ отъ насъ Квинтилій.
Чтобъ равнаго найти, кто бъ пожалѣлъ усилій?
Ни равной чести нѣтъ, ни равнаго ума,
Вѣдь съ нимъ, мертва, лежитъ здѣсь истина сама.

Онъ всѣми былъ любимъ, и много слезъ прольется,
Но много горше всѣхъ Вергилію придется:
Молить боговъ начнетъ – увы – напрасный трудъ
Назадъ Квинтилія ему не отдадутъ.

Пускай ты превзойдешь въ умѣніи Орфея
Будить лѣса вокругъ мелодіей своею
Безкровный блѣдный цвѣтъ не станетъ снова алъ
И тот не оживетъ, кого уже позвалъ

Меркурій за собой, чуть палочкой коснувшись.
На свѣтъ не выйдемъ мы, въ толпѣ тѣней очнувшись.
Да, тяжело. Смягчитъ терпѣніе одно
Законъ, что измѣнить намъ, смертнымъ, не дано.

XXV

Parcius iunctas quatiunt fenestras
iactibus crebris iuvenes proterui
nec tibi somnos adimunt amatque
ianua limen,

quae prius multum facilis movebat
cardines. Audis minus et minus iam:
‘Me tuo longas perevnte noctes,
Lydia, dormis?’

Invicem moechos anus arrogantis
flebis in solo levis angiportu
Thracio bacchante magis sub
interlunia vento,

cum tibi flagrans amor et libido,
quae solet matres furiare equorum,
saeviet circa iecur ulcerosum
non sine questu,

laeta quod pubes hedera virenti
gaudeat pulla magis atque myrto,
aridas frondes hiemis sodali
dedicet Euro.

I. XXV

Заполночь въ ставни кидали бывало
Камни юнцы тебѣ, яростно споря.
Нынче не то, и зовутъ тебя мало.
Дверь на запорѣ.

Слышала, часто ее отпирая,
То, что теперь уже слышишь все рѣже:
«Лидія, я отъ любви умираю,
Гдѣ же ты, гдѣ же?»

Скоро презреннѣй еще и старѣе
Будешь на ложѣ рыдать одинокомъ,
Вторя безумному воплю Борея
Въ небѣ высокомъ.

И распаленная, какъ кобылица,
Корчиться будешь въ безлунной ночи ты.
Страсти позорной той – не утолиться,
Какъ ни кричи ты.

Юность цвѣтущая зелени проситъ,
Вѣтви засохшаго мирта – негодны.
Листья пожухлые вѣтеръ уноситъ
Зимній, холодный.

XXVI

Musis amicus tristitiam et metus
tradam protervis in mare Creticum
portare ventis, quis sub Arcto
rex gelidae metuatur orae,

quid Tiridaten terreat, unice
securus. O quae fontibus integris
gaudes, apricos necte flores,
necte meo Lamiae coronam,

Piplea dulcis. Nil sine te mei
prosunt honores; hunc fidibus novis,
hunc Lesbio sacrare plectro
teque tuasque decet sorores.

I. XXVI

Всѣ страхи свои и заботы
Морскимъ я довѣрю вѣтрамъ.
И знать не имѣю охоты
Какъ можется дальнимъ царямъ,

Союзы ихъ всѣ и измѣны,
Ихъ войскъ потайные пути.
Владычица струй Ипокрены!
Изъ розъ ты вѣнокъ заплети

Для Ламія. Тщетно усердье
Безъ Музы сплетенныхъ похвалъ –
О сдѣлай же такъ, чтобъ безсмертье
Я пѣсней ему даровалъ!

XXVII

Natis in usum laetitiae scyphis
pugnare Thracum est; tollite barbarum
morem verecundumque Bacchum
sanguineis prohibete rixis.

Vino et lucernis Medus acinaces
immane quantum discrepat; impium
lenite clamorem, sodales,
et cubito remanete presso.

Voltis severi me quoque sumere
partem Falerni? Dicat Opuntiae
frater Megyllae quo beatus
volnere, qua pereat sagitta.

Cessat voluntas? Non alia bibam
mercede. Quae te cumque domat Venus
non erubescendis adurit
ignibus ingenuoque semper

amore peccas. Quicquid habes, age,
depone tutis auribus. A! miser,
quanta laborabas Charybdi,
digne puer meliore flamma.

Quae saga, quis te solvere Thessalis
magus venenis, quis poterit deus?
vix inligatum te triformi
Pegasus expediet Chimaera.

I. XXVII

Бросьте вы обычай варваровъ кровавый
Чашами кидаться, малость перебравъ.
Чаши – для веселья, грубыя забавы
Оскорбляютъ Вакха нежестокiй нравъ.

Въ серединѣ пира драться безпричинно
Не возможно гостю было отродясь.
Не дерите глотку и пируйте, чинно
На покойно ложѣ всѣ облокотясь.

Впрочемъ, Флаккъ охотно съ вами тутъ возляжетъ
Съ мѣдною хмельною чашею въ рукѣ,
Если опунтiецъ, не таясь, разскажетъ,
По кому онъ чахнетъ въ сладостной тоскѣ.

Что же онъ? Не хочетъ? Что жъ, уйду тогда я!
Нечего стыдиться кто бы ни была
Тайная зазноба! Горды мы, страдая,
Какъ бы далеко насъ страсть ни завела.

Ну, шепни тихонько только имя милой!
О юнец несчастный! Кто тебя спасетъ,
Если безвозвратно прямо передъ Сциллой
Завлеченъ ты въ черный злой водоворотъ?

Никакой колдуньей самою великой
Вырванъ быть не сможешь изъ такихъ тенетъ!
Вѣдь цѣпей Химеры злобной и трехликой
Самъ Пегасъ копытомъ въ жизнь не разобьетъ.

XXVIII

Te maris et terrae numeroque carentis harenae
mensorem cohibent, Archyta,
pulveris exigui prope latum parva Matinum
munera nec quicquam tibi prodest
aerias temptasse domos animoque rotundum
percurrisse polum morituro.
Occidit et Pelopis genitor, conviva deorum,
Tithonusque remotus in auras
et Iovis arcanis Minos admissus habentque
Tartara Panthoiden iterum Orco
demissum, quamvis clipeo Troiana refixo
tempora testatus nihil ultra
nervos atque cutem morti concesserat atrae,
iudice te non sordidus auctor
naturae verique. Sed omnis una manet nox
et calcanda semel via leti.
Dant alios Furiae toruo spectacula Marti,
exitio est avidum mare nautis;
mixta senum ac iuvenum densentur funera, nullum
saeva caput Proserpina fugit.
Me quoque devexi rapidus comes Orionis
Illyricis Notus obruit undis.
At tu, nauta, vagae ne parce malignus harenae
ossibus et capiti inhumato
particulam dare: sic, quodcumque minabitur Eurus
fluctibus Hesperiis, Venusinae
plectantur silvae te sospite multaque merces,
unde potest, tibi defluat aequo
ab Iove Neptunoque sacri custode Tarenti.
Neglegis inmeritis nocituram

postmodo te natis fraudem committere? Fors et
debita iura vicesque superbae
te maneant ipsum: precibus non linquar inultis
teque piacula nulla resolvent.
Quamquam festinas, non est mora longa; licebit
iniecto ter pulvere curras.

I. XXVIII

Числа не имѣетъ песокъ, ну а все же
Исчисленъ Архитомъ,
Под малою горкой песка все того же
На взморьѣ зырытымъ.
Пусть мысль и пронижетъ воздушную бездну,
А все я исчезну.

Пируя съ богами, не жди ты пощады –
Припомни Тантала.
Не умеръ Тиѳонъ, да гдѣ жъ та цикада,
Что въ небѣ пропала?
Будь щитъ и Евфорба и съ нимъ – Пиѳагора,
Пусть смертно – лишь тѣло,
Но въ Оркъ уже оба спустились безъ спора,
И кончено дѣло.
И всѣхъ насъ единая ночь ожидаетъ,
Мы всѣ той тропою
Разъ выйдемъ. И искоса Марсъ наблюдаетъ
За каждой судьбою.
Всѣхъ – юныхъ и старыхъ – смѣшавъ, не считая,
Возьметъ Прозерпина.
Какъ страшно въ Иллиріи выла, глотая
Корабль мой, пучина.

Песка хоть немного просыпь изъ ладони
На черепъ бѣлесый –

И буря минуетъ, запутавшись въ кронѣ
Венузскаго лѣса.
Юпитеръ за даръ твой отплатитъ сторицей
Любыми благами,
Нептунъ разочтется изъ щедрой десницы –
Любимъ ты богами.
Забудешь – потомъ не откупишься, плача.
Все местью вернется,
Безвинныхъ дѣтей покараю, удача
Навѣкъ отвернется.

Кто живъ, того къ большему не приневолишь.
Три горсти всего лишь!

XXIX

Icci, beatis nunc Arabum invides
gazis et acrem militiam paras
non ante devictis Sabaeae
regibus horribilique Medo

nectis catenas? Quae tibi virginum
sponso necato barbara serviet?
puer quis ex aula capillis
ad cyathum statuetur unctis,

doctus sagittas tendere Sericas
arcu paterno? Quis neget arduis
pronos relabi posse rivos
montibus et Tiberim reverti,

cum tu coemptos undique nobilis
libros Panaeti Socraticam et domum
mutare loricis Hiberis,
pollicitus meliora, tendis?

I. XXIX

Ты въ мысляхъ, знать, ужъ аравiйской
Казною цѣлой завладѣлъ,
И царь не вѣдаетъ мидiйскiй,
Что обреченъ его предѣлъ.

Какой изъ дѣвственницъ (тобою
Женихъ ея былъ убіенъ)
Стать суждено твоей рабою?
Чей мальчикъ-лучникъ, взятый въ плѣнъ,

– Разносчикъ чашъ на буйномъ пирѣ –
Тебя, мой Икцій, развлечетъ?
Нѣтъ, все, какъ было, въ нашемъ мірѣ –
И въ гору Тибръ не потечетъ:

Умнѣйшій среди насъ когда-то
Всѣ свитки не предастъ огню,
Не смѣнитъ кругъ друзей Сократа
На иберійскую броню!

XXX

O Venus regina Cnidi Paphique,
sperne dilectam Cypron et vocantis
ture te multo Glycerae decoram
transfer in aedem.

Fervidus tecum puer et solutis
Gratiae zonis properentque Nymphae
et parum comis sine te Iuventas
Mercuriusque.

I. XXX

Брось свой островъ, о Киприда,
Свѣтлой пѣною объятый,
И явись въ покой, гдѣ Лида
Возжигаетъ ароматы.

А вокругъ пусть, вмѣсто свиты,
Веселятся въ легкомъ дымѣ,
Распоясаны, хариты
И Меркурій вмѣстѣ съ ними.

XXXI

Quid dedicatum poscit Apollinem
vates? Quid orat, de patera novum
    fundens liquorem? Non opimae
    Sardiniae segetes feraces,

non aestuosae grata Calabriae
armenta, non aurum aut ebur Indicum,
    non rura, quae Liris quieta
    mordet aqua taciturnus amnis.

Premant Calena falce quibus dedit
Fortuna vitem, dives et aureis
    mercator exsiccet culillis
    vina Syra reparata merce,

dis carus ipsis, quippe ter et quater
anno revisens aequor Atlanticum
    inpune: me pascust olivae,
    me cichorea levesque malvae.

Frui paratis et valido mihi,
Latoe, dones, at, precor, integra
    cum mente, nec turpem senectam
    degere nec cithara carentem.

I. XXXI

Что, Аполлона величая,
поэту вымолить дано?
Младое выплеснувъ вино,
Что проситъ, богу докучая?

Не знойныхъ калабрійскихъ стадъ,
И не сардинской жатвы тучной,
Не виллы, гдѣ рѣка беззвучно
Фруктовый омываетъ садъ.

Пускай владѣлецъ лозъ калійскихъ
Свой обрѣзаетъ виноградъ,
И пусть богаче во сто кратъ
Добытчикъ дивныхъ яствъ сѵрійскихъ,

Три раза побывавъ за годъ
На атлантическомъ просторѣ.
Оливки, мальва и цикорій
Спасутъ поэта отъ невзгодъ.

Такъ вотъ же, сынъ Латоны ярый,
Пошли мнѣ ясности ума
До смерти. Только смерть сама
Пусть разлучитъ меня съ киѳарой.

XXXII

Poscimur. Si quid vacui sub umbra
lusimus tecum, quod et hunc in annum
vivat et pluris, age, dic Latinum,
barbite, carmen,

Lesbio primum modulate civi,
qui, ferox bello, tamen inter arma,
sive iactatam religarat udo
litore navem,

Liberum et Musas Veneremque et illi
semper haerentem puerum canebat
et Lycum nigris oculis nigroque
crine decorum.

O decus Phoebi et dapibus supremi
grata testudo Iovis, o laborum
dulce lenimen, mihi cumque salve
rite vocanti.

I. XXXII

Пора! Зовутъ. О, если мы съ тобою
Хоть разъ одинъ въ таинственной сѣни
Сложили пѣснь латинскую – съ судьбою
На долги дни,

Пой милая, какъ пѣлъ Алкей въ печали
Средь грозныхъ битвъ, какъ пѣлъ онъ, бурныхъ волнъ
Чуть избѣжавъ и къ берегу причаля
Свой утлый челнъ.

Онъ Вакха пѣлъ съ Харитой свѣтлоликой,
Венеру пѣлъ съ Амуромъ, помнишь сколь
Прославленъ имъ былъ темноглазый Ликій
С главой, какъ смоль?

Властительнымъ богамъ въ разгарѣ пира
Пріятна ты въ разгульномъ ихъ пылу.
Что бъ ни было со мной, прими, О Лира
Мою хвалу!

XXXIII

Albi, ne doleas plus nimio memor
inmitis Glycerae neu miserabilis
descantes elegos, cur tibi iunior
laesa praeniteat fide.

Insignem tenui fronte Lycorida
Cyri torret amor, Cyrus in asperam
declinat Pholoen: sed prius Apulis
iungentur capreae lupis

quam turpi Pholoe peccet adultero.
Sic visum Veneri, cui placet imparis
formas atque animos sub iuga aenea
saevo mittere cum ioco.

Ipsum me melior cum peteret Venus,
grata detinuit compede Myrtale
libertina, fretis acrior Hadriae
curuantis Calabros sinus.

I. XXXIII

Такъ ужъ, Тибуллъ, тебѣ плакать негоже –
Горесть элегій своихъ поумѣрь,
Если другого, тебя помоложе,
Гликера любитъ теперь.

Челку спустивъ свою, къ Киру стремится
Страстно Ликорида, къ Филѣ же Киръ:
Волкъ апулійскій совокупится
Раньше съ козой, чѣмъ сатиръ

Этотъ отъ Филы согласья добьется:
Разныхъ другъ съ другомъ подъ мѣдный яремъ
Втиснетъ Венера и послѣ смѣется –
Кто тамъ сойдется хоть съ кѣмъ?

Въ лучшую самъ я влюбленъ, только проченъ
Узелъ, что Мирталу держитъ со мной –
Съ ней я, какъ брегъ калабрійскій источенъ
Вольной и злобной волной.

XXXIV

Parcus deorum cultor et infrequens,
insanientis dum sapientiae
consultus erro, nunc retrorsum
vela dare atque iterare cursus

cogor relictos: namque Diespiter
igni corusco nubila dividens
plerumque, per purum tonantis
egit equos volucremque currum,

quo bruta tellus et vaga flumina,
quo Styx et invisi horrida Taenari
sedes Atlanteusque finis
concutitur. Valet ima summis

mutare et insignem attenuat deus,
obscura promens; hinc apicem rapax
Fortuna cum stridore acuto
sustulit, hic posuisse gaudet.

I. XXXIV

Передъ богами я, виною неизбывной
Былъ виноватъ – забывчивъ и лѣнивъ.
Но въ парусъ свой теперь я вѣтръ ловлю противный
И вспять плыву, все круто измѣнивъ.

Затѣмъ, что, вдругъ взбѣшенъ, послалъ Тучегонитель
 Горящій снопъ молніеносныхъ стрѣлъ,
И долгій тяжкій громъ сотрясъ его обитель,
 И небосводъ вдругъ тяжко почернѣлъ,

И воды буйствуютъ, и вся земля трясется,
 И Стиксъ кипитъ, и Тенаръ весь въ огнѣ,
На колесницѣ Зевсъ столь яростно несется,
 Что слышенъ шумъ на океанском днѣ.

Все можетъ грозный богъ: метнетъ свои перуны –
 И тронъ любой разсыплется вконецъ.
Подъ рѣзкій шелестъ крылъ легко сорветъ фортуна
 С любой главы торжественный вѣнецъ.

XXXV

O diva, gratum quae regis Antium,
praesens vel imo tollere de gradu
    mortale corpus vel superbos
    vertere funeribus triumphos,

te pauper ambit sollicita prece
ruris colonus, te dominam aequoris
    quicumque Bythyna lacessit
    Carpathium pelagus carina.

Te Dacus asper, te profugi Scythae,
urbesque gentesque et Latium ferox
    regumque matres barbarorum et
    purpurei metuunt tyranni,

iniurioso ne pede proruas
stantem columnam, neu populus frequens
    ad arma cessantis, ad arma
    concitet imperiumque frangat.

Te semper anteit serva Necessitas,
clavos trabalis et cuneos manu
    gestans aena nec severus
    uncus abest liquidumque plumbum;

te Spes et albo rara Fides colit
velata panno nec comitem abnegat,
    utcumque mutata potentis
    veste domos inimica linquis;

at volgus infidum et meretrix retro
periura cedit, diffugiunt cadis
cum faece siccatis amici,
ferre iugum pariter dolosi.

Serves iturum Caesarem in ultimos
orbis Britannos et iuvenum recens
examen Eois timendum
partibus Oceanoque rubro.

Heu heu, cicatricum et sceleris pudet
fratrumque. Quid nos dura refugimus
aetas, quid intactum nefasti
liquimus? Unde manum iuventus

metu deorum continuit? Quibus
pepercit aris? O utinam nova
incude diffingas retusum in
Massagetas Arabasque ferrum!

I. XXXV

Богиня Антія! ты только повели –
Тотъ станет царь, кто былъ простертъ въ пыли.
И въ похороны мрачныя его
Ты обратишь тріумфа торжество.

Тебѣ молитвы безпокойно шлетъ
Бѣднякъ безсонный ночи напролетъ.
У Родоса среди опасныхъ водъ,
Тебя зоветъ съ надеждой мореходъ.

Тебя, съ божбою грубой, молитъ Дакъ,
И чтитъ тебя орда лихихъ рубакъ,
И Лацій, и народъ сосѣднихъ странъ.
Трепещетъ, въ пурпуръ выряженъ, тиранъ

Чтобъ тронъ его не пнула ты ногой,
Не кликнула бы грозно предъ толпой:
«К оружью!» – и въ минуту можетъ пасть
Дотолѣ не колеблемая власть.

Необходимость вѣрною рабой
Идетъ съ гвоздемъ и млатомъ за тобой.
Нельзя перечить ей и отвѣчать –
Тяжка ея свинцовая печать.

Тебя надежда съ вѣрностью почтятъ.
Вокругъ тебя подчасъ онѣ парятъ,
Когда ты отвернешь внезапно ликъ
Свой отъ того, кто прежде былъ великъ.

Ему друзей просить – напрасный трудъ
Онъ – до подонковъ выпитый сосудъ:
Любовница покинетъ, чернь предастъ,
И помощи никто ужъ не подастъ.

Идетъ нашъ Кесарь бриттовъ воевать,
И прочь Парѳянъ онъ хочетъ отогнать,
Подай ему, Фортуна, долги дни,
Средь битвъ его спаси и сохрани.

Увы! Увы! Преступны сами мы.
Измѣною исполнены умы!
Какихъ мы не свершили святотатствъ!
Какихъ святыхъ не предали мы братствъ!

Мы столько пережили черныхъ дней,
Мы столько разорили алтарей,
Что лишь Фортуну остается звать
Желѣзо сгнившее перековать!

XXXVI

Et ture et fidibus iuvat
placare et vituli sanguini debito
custodes Numidae deos,
qui nunc Hesperia sospes ab ultima
caris multa sodalibus,
nulli plura tamen dividit oscula
quam dulci Lamiae, memor
actae non alio rege puertiae
mutataeque simul togae.
Cressa ne careat pulchra dies nota
neu promptae modus amphorae
neu morem in Salium sit requies pedum
neu multi Damalis meri
Bassum Threicia vincat amystide
neu desint epulis rosae
neu vivax apium neu breve lilium.
Omnes in Damalin putres
deponent oculos nec Damalis nouo
divelletur adultero
lascivis hederis ambitiosior.

I. XXXVI

Коль славенъ богъ, что силой чудотворной
Намъ Нумиду хранилъ въ Испанiи нагорной.
Тельца заклавъ, зажжемъ мы ароматы
И пѣсни воспоемъ во срѣтенье солдата.

Никакъ ему не разомкнуть объятій
Крѣпчайшихъ Ламія, совмѣстныхъ ихъ занятій
Не перечесть: одинъ ихъ школилъ строго
Наставникъ, в день одинъ надѣли оба тогу.

Дня лучшаго мы вѣрно ужъ не встрѣтимъ –
Чертою бѣлою его навѣкъ отмѣтимъ.
И чаши пьемъ одну мы за другою
И въ землю съ силой бьемъ, какъ Саліи, ногою.

Всѣхъ пуще пьетъ дѣвица Дамалида,
Но Бассъ ее сильнѣй, не давъ себя въ обиду,
Въ одинъ глотокъ амфору опростаетъ,
И послѣ сельдерей въ браду себѣ вплетаетъ.

Всѣмъ міромъ мы по Дамалидѣ страждемъ,
Но въ похоти своей ее мы тщетно жаждемъ.
Чуть къ Нумидѣ прильнула осторожно –
И плющъ тотъ оторвать уже и невозможно.

XXXVII

Nunc est bibendum, nunc pede libero
pulsanda tellus, nunc Saliaribus
ornare pulvinar deorum
tempus erat dapibus, sodales.

Antehac nefas depromere Caecubum
cellis avitis, dum Capitolio
regina dementis ruinas
funus et imperio parabat

contaminato cum grege turpium
morbo virorum, quidlibet impotens
sperare fortunaque dulci
ebria. Sed minuit furorem

vix una sospes navis ab ignibus,
mentemque lymphatam Mareotico
redegit in veros timores
Caesar, ab Italia volantem

remis adurgens, accipiter velut
mollis columbas aut leporem citus
venator in campis nivalis
Haemoniae, daret ut catenis

fatale monstrum. Quae generosius
perire quaerens nec muliebriter
expavit ensem nec latentis
classe cita reparavit oras,

ausa et iacentem visere regiam
voltu sereno, fortis et asperas
tractare serpentes, ut atrum
corpore conbiberet venenum,

deliberata morte ferocior:
saevis Liburnis scilicet invidens
privata deduci superbo,
non humilis mulier, triumpho.

I. XXXVII

Въ землю бить ногою будемъ,
Будемъ невозбранно пить,
У стола не позабудемъ
Милыхъ Ларъ установить.

День назадъ безумьемъ было
За кекубскимъ въ погребъ лѣзть –
Въявь царица намъ грозила
Капитолій въ прахъ разнесть.

Черныхъ дѣлъ счастливымъ ходомъ
Опьяненная вполнѣ
Со своимъ опаснымъ сбродомъ
Подступала, но въ огнѣ

Лишь одна и не сгорѣла,
Развернувъ корабликъ вспять,
Сокъ лозы марейской спѣлой
Далъ ей храбрости бѣжать.

Ястребомъ за ней пустился
Кесарь, грозенъ и свирѣпъ,

Какъ онъ въ цѣпи взять стремился
Это чудище судебъ!

Только гордая царица
Одолѣла женскій страхъ,
Хоть могла и быстро скрыться
При попутныхъ ей вѣтрахъ.

Міръ окинувъ взоромъ смѣлымъ,
Злобныхъ змѣй клубокъ взяла,
Сжала руку и всѣмъ тѣломъ
Жадно ядъ ихъ приняла.

Умерла она царицей,
Не про Кесаря та честь
Плѣнницей, за колесницей
Въ свой тріумфъ ее провесть.

XXXVIII

Persicos odi, puer, apparatus,
displicent nexae philyra coronae,
mitte sectari, rosa quo locorum
sera moretur.

Simplici myrto nihil adlabores
sedulus, curo: neque te ministrum
dedecet myrtus neque me sub arta
vite bibentem.

I.XXXVIII

Персидскихъ не люблю изобрѣтеній,
Хитросплетеній лыковыхъ не множь,
И розъ предсмертнаго цвѣтенья
О мальчикъ, не тревожь.

Простаго мирта – если вдругъ ты спросишь –
Нѣтъ лучше украшенья для волосъ,
Когда ты мнѣ вино подносишь
Подъ сѣнью этихъ лозъ.

LIBER

КНИГА ВТОРАЯ

SECVNDVS

I

Motum ex Metello consule civicum
bellique causas et vitia et modos
    ludumque Fortunae gravisque
    principum amicitias et arma

nondum expiatis uncta cruoribus,
periculosae plenum opus aleae,
    tractas et incedis per ignis
    suppositos cineri doloso.

Paulum severae Musa tragoediae
desit theatris; mox, ubi publicas
    res ordinaris, grande munus
    Cecropio repetes coturno,

insigne maestis praesidium reis
et consulenti, Pollio, curiae,
    cui laurus aeternos honores
    Delmatico peperit triumpho.

Iam nunc minaci murmure cornuum
perstringis auris, iam litui strepunt,
    iam fulgor armorum fugacis
    terret equos equitumque voltus.

Audire magnos iam videor duces
non indecoro pulvere sordidos
    et cuncta terrarum subacta
    praeter atrocem animum Catonis.

Iuno et deorum quisquis amicior
Afris inulta cesserat impotens
    tellure, victorum nepotes
    rettulit inferias Iugurthae.

Quis non Latino sanguine pinguior
campus sepulcris impia proelia
    testatur auditumque Medis
    Hesperiae sonitum ruinae?

Qui gurges aut quae flumina lugubris
ignara belli? Quod mare Dauniae
    non decoloravere caedes?
    Quae caret ora cruore nostro?

Sed ne relictis, Musa procax, iocis
Ceae retractes munera Neniae,
    mecum Dionaeo sub antro
    quaere modos leviore plectro.

II. I

Ты хочешь описать, какъ смута закипѣла
Начавшись въ первый разъ при консульствѣ Метелла,
    Причины, ходъ и тяготы войны,
    Случайности, что всѣ не учтены,

Великихъ силъ союзъ, враждой отягощенный,
Оружіе въ крови, досель неотомщенной?
    Ты по золѣ идешь, что только тронь
    Какъ полыхнетъ живой еще огонь.

Пускай на краткій срокъ трагическая Муза
Покинетъ нашъ театръ. Лишь взятую обузу
    Ты скинешь прочь, – котурны обновишь
    И блескомъ дѣлъ опять всѣхъ изумишь:

Въ судѣ – несчастнаго блистательной защитой,
Сенату поданной вдругъ мыслью плодовитой;
Какъ памятенъ тріумфъ твоихъ побѣдъ
Въ Далмаціи – еще недавнихъ лѣтъ!

Сейчасъ мнѣ чудится глухой желѣзный рокотъ
Идущихъ въ бой когортъ и грозной битвы грохотъ,
Я слышу трубъ призывный сиплый вой,
Я вижу блескъ оружія стальной.

Вотъ въ пыльномъ облакѣ несутся полководцы,
Вотъ все потеряно, республика сдается,
И въ смертный часъ глотаетъ смертный стонъ
Изъ всѣхъ одинъ несдавшійся Катонъ.

Столь Африку давно Юнона не хранила,
Нумидіи разгромъ она не отвратила,
Но внукъ врага разбитъ – и вотъ сполна
Югурты смерть теперь отомщена.

Междуусобицы здѣсь все перемололи,
Тучнѣетъ трупами, смердя, любое поле,
Италіи паденья страшный громъ
Услышали народы всѣ кругомъ.

Найдется ли рѣка на свѣтѣ или море,
Не знавшія совсѣмъ объ этомъ нашемъ спорѣ?
Кровь братская омыла каждый брегъ,
И океанъ багровъ теперь навѣкъ!

О Муза, я усталъ от мрачныхъ пѣснопѣній,
Давно не терпитъ слухъ кеосскихъ этихъ неній,
Дай легкости ты плектру моему –
Я твой напѣвъ веселый перейму!

II

Nullus argento color est avaris
abdito terris, inimice lamnae
Crispe Sallusti, nisi temperato
splendeat usu.

Vivet extento Proculeius aevo,
notus in fratres animi paterni;
illum aget pinna metuente solui
Fama superstes.

Latius regnes avidum domando
spiritum quam si Libyam remotis
Gadibus iungas et uterque Poenus
serviat uni.

Crescit indulgens sibi dirus hydrops
nec sitim pellit, nisi causa morbi
fugerit venis et aquosus albo
corpore languor.

Redditum Cyri solio Prahaten
dissidens plebi numero beatorum
eximit Virtus populumque falsis
dedocet uti

vocibus, regnum et diadema tutum
deferens uni propriamque laurum
quisquis ingentis oculo inretorto
spectat acervos.

II. II

Въ землѣ, мой Криспъ, закопанное жадной
Цвѣтъ серебро утрачиваетъ свой.
Пусть блещетъ съ пользою отрадной,
Хотя бъ и небольшой.

Живетъ въ вѣкахъ молва о Прокулеѣ,
Что былъ самоотверженнѣйшій братъ,
Чьей славы крылья, не слабѣя,
Надъ міромъ все парятъ.

Будь жадности порокъ тобой стреноженъ
Ты тотчасъ царство обрѣтешь взамѣнъ:
Въ сравненьи съ нимъ Гадесъ ничтоженъ,
Безсиленъ Карѳагенъ.

Коль волю дашь, онъ, словно водяная,
Въ набухшемъ тѣлѣ жилы изсосетъ,
Ни сна ни отдыха не зная,
Вконецъ тебя убьетъ.

Пусть тронъ обратно отошелъ къ Фраату,
Но Правда судитъ врозь всегда съ толпой:
Пускай казна его богата –
Онъ нищъ своей алчбой.

Тому вѣнецъ судьбой навѣкъ дается,
Кто мимо груды золота пройдетъ,
А послѣ – и не обернется,
Идя себѣ впередъ.

III

Aequam memento rebus in arduis
servare mentem, non secus in bonis
  ab insolenti temperatam
  laetitia, moriture Delli,

seu maestus omni tempore vixeris
seu te in remoto gramine per dies
  festos reclinatum bearis
  interiore nota Falerni.

Quo pinus ingens albaque populus
umbram hospitalem consociare amant
  ramis? Quid obliquo laborat
  lympha fugax trepidare rivo?

Huc vina et unguenta et nimium brevis
flores amoenae ferre iube rosae,
  dum res et aetas et Sororum
  fila trium patiuntur atra.

Cedes coemptis saltibus et domo
villaque, flauvs quam Tiberis lavit,
  cedes, et exstructis in altum
  divitiis potietur heres.

Divesne prisco natus ab Inacho
nil interest an pauper et infima
  de gente sub divo moreris,
  victima nil miserantis Orci;

omnes eodem cogimur, omnium
versatur urna serius ocius
sors exitura et nos in aeternum
exilium impositura cumbae.

II. III

Равнодушіе въ буйномъ весельѣ
И когда повороты круты
Сохраняй, друже Деллій,
Помня – смертенъ и ты.

Пусть тоска весь твой вѣкъ непомѣрна
Или выдастся праздничный день,
Чтобъ съ амфорой Фалерна
Могъ улечься ты въ тѣнь –

Для чего переплелъ серебристый
Вѣтви тополь съ могучей сосной?
Ключъ зачѣмъ этотъ чистый
Бьетъ холодной волной?

Ароматами розъ наслаждайся,
Пусть вина принесутъ – будемъ пить,
Перерѣжетъ намъ Айса
Скоро черную нить.

Домъ отстроенный, садъ по сосѣдству,
Омываемый желтой рѣкой,
Заберутъ какъ наслѣдство –
Безразличной рукой.

И того, кто знатнѣе, чѣмъ Инахъ,
И того, кто былъ въ рабствѣ рожденъ,

Ждетъ въ бездонныхъ глубинахъ
Безпощадный Плутонъ.

И влечетъ насъ все ниже по склону,
Жребiй разный, а все къ одному:
Плыть намъ въ лодкѣ Харона
Въ непроглядную тьму.

IV

Ne sit ancillae tibi amor pudori,
Xanthia Phoceu: prius insolentem
serva Briseis niveo colore
movit Anchillem;

movit Aiacem Telamone natum
forma captivae dominum Tecmessae;
arsit Atrides medio in triumpho
virgine rapta,

barbarae postquam cecidere turmae
Thessalo victore et ademptus Hector
tradidit fessis leviora tolli
Pergama Grais.

Nescias an te generum beati
Phyllidis flavae decorent parentes;
regium certe genus et penatis
maeret iniquos.

Crede non illam tibi de scelesta
plebe delectam, neque sic fidelem,
sic lucro aversam potuisse nasci
matre pudenda.

Bracchia et voltum teretisque suras
integer laudo: fuge suspicari
cuius octauvm trepidavit aetas
claudere lustrum.

II. IV

Любить служанку – въ чемъ же тутъ обида?
Вѣдь, было дѣло, Ксантій, и Ахиллъ
Надменнѣйшій рабыню Бризеиду
Безъ памяти любилъ.

Своей же плѣнницей Аяксъ когда-то
Былъ взятъ навѣки въ сладострастный плѣнъ,
Кассандра мучила царя-солдата
Вдали троянскихъ стѣнъ,

Которыхъ вѣкъ ужъ не было въ поминѣ,
Все рухнуло и братъ ея погибъ –
Но, Царь Микенъ, бедра твоей рабыни
Какъ сладостенъ изгибъ!

Не низкаго она происхожденья,
Я думаю, что все наоборотъ –
И гдѣ-то плачетъ о своемъ паденьѣ
Ихъ славный царскій родъ!

А волосы, что солнца золотистѣй!
Нѣтъ, явно не въ лачугѣ рождена –
Вся – нѣжность и ни капли нѣтъ корысти,
И до сихъ поръ вѣрна!

Какъ лань легка, не видѣлъ стана уже!
Напрасно ты со мной настороже
Хвалю ее я издали и вчужѣ –
Мнѣ сорокъ лѣтъ уже!

V

Nondum subacta ferre iugum valet
cervice, nondum munia comparis
 aequare nec tauri ruentis
 in venerem tolerare pondus.

Circa virentis est animus tuae
campos iuvencae, nunc fluviis gravem
 solantis aestum, nunc in udo
 ludere cum vitulis salicto

praegestientis. Tolle cupidinem
immitis uvae: iam tibi lividos
 distinguet autumnus racemos
 purpureo varius colore;

iam te sequetur; currit enim ferox
aetas et illi quos tibi dempserit
 adponet annos; iam proterva
 fronte petet Lalage maritum,

dilecta, quantum non Pholoe fugax,
non Chloris albo sic umero nitens
 ut pura nocturno renidet
 luna mari Cnidiusve Gyges,

quem si puellarum insereres choro,
mire sagacis falleret hospites
 discrimen obscurum solutis
 crinibus ambiguoque voltu.

II. V

Нѣтъ, не готова – для шеи дѣвичьей
Тяжко ярмо, пусть еще подрастетъ.
Что если быкъ всѣю тяжестью бычьей
Въ страсти наляжетъ? Она не снесетъ.

Въ радость пастись ей по тихимъ долинамъ,
Прячась отъ зноя въ прохладной рѣкѣ,
Бѣгать съ телятами по луговинамъ,
Бурно возиться въ густомъ ивнякѣ.

Нѣтъ, не готова – желанье уйми ты,
Зелени ягодъ ты будешь не радъ.
Пестрою осенью сокомъ налитый,
Тронутый пурпуромъ твой виноградъ.

Быстрое время неумолимо
Скоро ей дастъ, от тебя отобравъ,
Годы счастливые – будетъ любима,
Будетъ дразнить и выказывать нравъ,

Горькою сладостью съ Хлорою споря –
Той, чье плечо мнѣ сверкало въ ночи
Словно луна въ черномъ зеркалѣ моря –
Гига утонченнѣй, а отличи

Ну-ка поди его, если случайно
Съ хоромъ сольется дѣвицъ молодыхъ,
Если, двояся, измѣнчивой тайной
Ликъ его брезжитъ въ кудряхъ золотыхъ.

VI

Septimi, Gadis aditure mecum et
Cantabrum indoctum iuga ferre nostra et
barbaras Syrtis, ubi Maura semper
    aestuat unda,

Tibur Argeo positum colono
sit meae sedes utinam senectae,
sit modus lasso maris et viarum
    militiaeque.

Unde si Parcae prohibent iniquae,
dulce pellitis ovibus Galaesi
flumen et regnata petam Laconi
    rura Phalantho.

Ille terrarum mihi praeter omnis
angulus ridet, ubi non Hymetto
mella decedunt viridique certat
    baca Venafro,

ver ubi longum tepidasque praebet
Iuppiter brumas et amicus Aulon
fertili Baccho minimum Falernis
    invidet uvis.

Ille te mecum locus et beatae
postulant arces; ibi tu calentem
debita sparges lacrima favillam
    vatis amici.

II. VI

Отправлюсь ли къ кантабрамъ на край свѣта,
Туда ль, гдѣ бурный Сиртъ кипитъ волной,
Септимій, не оставишь ты поэта –
Легко пойдешь со мной.

Но мнѣ милѣй Тибуръ. Чтобъ встрѣтить старость
Я выбралъ бы его, когда бы могъ,
Забывъ навѣкъ и битвъ прошедшихъ ярость
И пыль былыхъ дорогъ.

А если путь закроютъ злыя парки?
Тогда – въ Тарентъ, къ струѣ галезскихъ водъ,
Гдѣ руна – длинны, пастбища нежарки
И ясенъ небосводъ.

Привѣтливо тотъ городъ у залива
Намъ улыбнется – словно лучъ блеснетъ.
Тамъ зеленѣютъ древнія оливы,
Тамъ самый сладкій медъ.

Тамъ весны долги, несуровы зимы,
И почва плодородна у долинъ,
Съ фалерномъ только вина тамъ сравнимы
Изъ самыхъ лучшихъ винъ.

Пора, мой другъ! поэту и солдату
Тамъ – хорошо. Идемъ туда, домой.
Тамъ ты прольешь одну слезу когда-то
Въ горячій пепелъ мой.

VII

O saepe mecum tempus in ultimum
deducte Bruto militiae duce,
    quis te redonavit Quiritem
    dis patriis Italoque caelo,

Pompei, meorum prime sodalium,
cum quo morantem saepe diem mero
    fregi, coronatus nitentis
    malobathro Syrio capillos?

Tecum Philippos et celerem fugam
sensi relicta non bene parmula,
    cum fracta virtus et minaces
    turpe solum tetigere mento;

sed me per hostis Mercurius celer
denso paventem sustulit aere,
    te rursus in bellum resorbens
    unda fretis tulit aestuosis.

Ergo obligatam redde Iovi dapem
longaque fessum militia latus
    depone sub lauru mea, nec
    parce cadis tibi destinatis.

Oblivioso levia Massico
ciboria exple, funde capacibus
    unguenta de conchis. Quis udo
    deproperare apio coronas

curatve myrto? Quem Venus arbitrum
dicet bibendi? Non ego sanius
bacchabor Edonis: recepto
dulce mihi furere est amico.

II. VII

Подъ Брутомъ часто мы ходили
По краю гибели съ тобой.
Въ правахъ тебя возстановили –
Кто воротилъ тебя домой?

Ты помнишь – въ молодости нашей,
Въ вѣнкахъ, въ блаженнѣйшей тѣни
Бесѣдуя за винной чашей,
Мы вмѣстѣ проводили дни?

Ты помнишь какъ въ бою короткомъ
Бѣжали мы по-воровски,
И, въ пыль уткнувшись подбородкомъ,
Лежали гордые полки?

Но спасъ меня тогда Меркурій
И смутнымъ облакомъ укрылъ.
Тебя – другія ждали бури,
Подъ сѣнью новыхъ грозныхъ крылъ.

Въ бояхъ натруженное тѣло
Устрой покойно здѣсь въ тиши,
Массикскаго запасъ мой смѣло
Безъ жалости опустоши.

До края наливай скорѣе!
Съ массикскимъ мы забвенье пьемъ,

Сплетя вѣнки изъ сельдерея,
Опять пируемъ мы вдвоемъ!

Мой другъ вернулся – я утѣшенъ,
Венера, правь нашъ пиръ сама,
Я, какъ ѳракіецъ пьяный, бѣшенъ
И счастливъ я сойти съ ума!

VIII

Ulla si iuris tibi peierati
poena, Barine, nocuisset umquam,
dente si nigro fieres vel uno
    turpior ungui,

crederem; sed tu simul obligasti
perfidum votis caput, enitescis
pulchrior multo iuvenumque prodis
    publica cura.

Expedit matris cineres opertos
fallere et toto taciturna noctis
signa cum caelo gelidaque divos
    morte carentis.

Ridet hoc, inquam, Venus ipsa, rident
simplices Nymphae, ferus et Cupido
semper ardentis acuens sagittas
    cote cruenta.

Adde quod pubes tibi crescit omnis,
servitus crescit nova nec priores
impiae tectum dominae relinquunt
    saepe minati.

Te suis matres metuunt iuvencis,
te senes parci miseraeque nuper
virgines nuptae, tua ne retardet
    aura maritos.

II. VIII

Сказал бы: «вѣрую», Барина,
Когда бъ не все тебѣ прощалось –
Хоть малая въ зубахъ щербина
Да появлялась.

Ты, если чѣмъ и поклянешься,
– Всеобщее мученье наше –
Все вѣроломно отречешься,
Ставъ только краше.

Хоть прахомъ матери, хоть небомъ
– Казалось: какъ не убояться? –
Но не корми тебя и хлѣбомъ –
Дай посмѣяться.

Видать, пришлась Венерѣ нравомъ –
Она сама съ тобой хохочетъ,
Пока Амуръ кремнемъ кровавымъ
Все стрѣлы точитъ.

И мальчики къ тебѣ, взрослѣя,
Придутъ – и больше не отстанутъ,
И пожилые дуралеи
Все не устанутъ.

Ты тутъ – старухи не покойны,
Все за мужей боятся квелыхъ,
Чтобъ запахъ твой тѣлесный знойный
Съ ума не свелъ ихъ.

IX

Non semper imbres nubibus hispidos
manant in agros aut mare Caspium
vexant inaequales procellae
usque, nec Armeniis in oris,

amice Valgi, stat glacies iners
mensis per omnis aut Aquilonibus
querqueta Gargani laborant
et foliis viduantur orni:

tu semper urges flebilibus modis
Mysten ademptum, nec tibi Vespero
surgente decedunt amores
nec rapidum fugiente solem.

At non ter aevo functus amabilem
ploravit omnis Antilochum senex
annos nec inpubem parentes
Troilon aut Phrygiae sorores

flevere semper. Desine mollium
tandem querellarum et potius nova
cantemus Augusti tropaea
Caesaris et rigidum Niphaten

Medumque flumen gentibus additum
victis minores volvere vertices
intraque praescriptum Gelonos
exiguis equitare campis.

II. IX

Не вѣчно на печальныя поля
Льетъ дождь. По Каспію не вѣчно грозно
Нестись валамъ, въ Арменіи земля
Оттаетъ рано или поздно.

И на Гарганѣ все ль дубамъ стоять
Подъ буйнымъ зимнимъ вѣтромъ, Вальгій, друже,
И все ли ясеню листву терять
И умирать отъ лютой стужи?

Лишь неизмѣнно ты въ своихъ стихахъ
Въ уныніи оплакиваешь Миста –
Пусть скрытъ отъ взоровъ Весперъ въ облакахъ,
Пусть въ высяхъ искрится лучисто.

Надъ Антилохомъ долго не стеналъ
И Несторъ, всѣхъ ужъ пережившій втрое,
Молчали сестры и Пріамъ молчалъ,
Что ихъ Троилъ убитъ подъ Троей.

Что толку намъ въ уныніи твоемъ –
На сѣверѣ богатые трофеи,
Такъ Августа давай же воспоемъ,
И блескъ холодныхъ стѣнъ Рифея.

Возславимъ мы всѣхъ новыхъ римскихъ рѣкъ
Теченіе, отъ Дона до Евфрата,
И тотъ предѣлъ, гдѣ жить теперь весь вѣкъ
Должны стѣсненные сарматы.

X

Rectius vives, Licini, neque altum
semper urgendo neque, dum procellas
cautus horrescis, nimium premendo
litus iniquum.

Auream quisquis mediocritatem
diligit, tutus caret obsoleti
sordibus tecti, caret invidenda
sobrius aula.

Saepius ventis agitatur ingens
pinus et celsae graviore casu
decidunt turres feriuntque summos
fulgura montis.

Sperat infestis, metuit secundis
alteram sortem bene praeparatum
pectus. Informis hiemes reducit
Iuppiter, idem

summovet. Non, si male nunc, et olim
sic erit: quondam cithara tacentem
suscitat Musam neque semper arcum
tendit Apollo.

Rebus angustis animosus atque
fortis appare; sapienter idem
contrahes vento nimium secundo
turgida vela.

II. X

Равно намъ опасно – въ безбрежной пустынѣ
И въ скалахъ у берега въ бурю на морѣ.
Коль вспомнишь про это, избѣгнешь, Лициній,
Немалаго горя.

Держись середины: однимъ лишь позоромъ
Насъ бѣдность покроетъ, грязна и убога,
Покоя не сыщемъ въ богатствахъ, которымъ
Завидуютъ много.

Сосну, что всѣхъ выше, лишь больше качаетъ,
Тѣмъ тяжче крушенье, чѣмъ башня огромнѣй,
Гора средь предгорій укрыться не чаетъ
От грома и молній.

Пусть сердце – хоть бѣды и неотразимы –
Ждетъ счастья, а счастье въ тревогахъ хоронитъ,
Юпитеръ надуетъ суровыя зимы,
И самъ же ихъ гонитъ.

Нѣтъ, коли судьба въ наше время сурова
И тяжки несчастья – такъ вѣчно не будетъ.
Богъ лукъ свой отложитъ и лирою снова
Намъ Музу разбудитъ.

Всѣ вынеся бѣды въ пути безпріютномъ
И мужество выказавъ, гдѣ только можно,
Раздувшійся парусъ при вѣтре попутномъ
Сдержи осторожно.

XI

Quid bellicosus Cantaber et Scythes,
Hirpine Quincti, cogitet Hadria
divisus obiecto, remittas
quaerere nec trepides in usum

poscentis aevi pauca: fugit retro
levis iuventas et decor, arida
pellente lascivos amores
canitie facilemque somnum.

Non semper idem floribus est honor
vernis neque uno luna rubens nitet
voltu: quid aeternis minorem
consiliis animum fatigas?

Cur non sub alta vel platano vel hac
pinu iacentes sic temere et rosa
canos odorati capillos,
dum licet, Assyriaque nardo

potamus uncti? dissipat Euhius
curas edacis. Quis puer ocius
restinguet ardentis Falerni
pocula praetereunte lympha?

Quis devium scortum eliciet domo
Lyden? Eburna dic, age, cum lyra
maturet, in comptum Lacaenae
more comas religata nodum.

II. XI

Отъ скиѳовъ и кантабровъ, слава богу,
Насъ безопасно Адрій отдѣлилъ.
Забудь о нихъ, мой Квинтій, и тревогу
О всемъ другомъ умѣрь – не будь унылъ:

Жизнь мало требуетъ. И быстро младость
Уходитъ прочь съ послѣднимъ днемъ весны,
Сѣдымъ любовь давно уже не въ радость,
Намъ, легкіе, не снятся больше сны.

Цвѣтокъ расцвѣтшій вянетъ, и угрюмо
Уходятъ луны неизмѣнно въ тьму.
Что думать намъ о томъ? Бываютъ думы,
Что не подъ силу смертному уму.

Какъ хорошо намъ тутъ, въ тѣни платана,
Разлечься беззаботно, станемъ пить,
А головы сѣдыя невозбранно
Намъ нардомъ ассирійскимъ умастить.

Веселый Вакхъ тоску убьетъ навѣрно,
Быть можетъ быстро мальчикъ молодой
Пригаситъ намъ слегка огонь Фалерна
Вонъ въ томъ ручьѣ зачерпнутой водой.

Безъ Лидіи намъ празднество немило.
Бѣги скорѣй, сюда ее позвать.
Скажи, чтобъ волосы не позабыла
Узломъ лаконскимъ лихо завязать.

XII

Nolis longa ferae bella Numantiae,
nec durum Hannibalem nec Siculum mare
Poeno purpureum sanguine mollibus
    aptari citharae modis,

nec saevos Lapithas et nimium mero
Hylaeum domitosque Herculea manu
Telluris iuvenes, unde periculum
    fulgens contremuit domus

Saturni veteris; tuque pedestribus
dices historiis proelia Caesaris,
Maecenas, melius ductaque per vias
    regum colla minacium.

Me dulcis dominae Musa Licymniae
cantus, me voluit dicere lucidum
fulgentis oculos et bene mutuis
    fidum pectus amoribus;

quam nec ferre pedem dedecuit choris
nec certare ioco nec dare bracchia
ludentem nitidis virginibus sacro
    Dianae celebris die.

Num tu quae tenuit dives Achaemenes
aut pinguis Phrygiae Mygdonias opes
permutare velis crine Licymniae,
    plenas aut Arabum domos

cum flagrantia detorquet ad oscula
cervicem aut facili saevitia negat
quae poscente magis gaudeat eripi,
  interdum rapere occupet?

II. XII

Война въ Нуманціи пусть длится затяжная,
Пунійцевъ кровью пусть окрасится волна,
Но лира стройная, того и знать не зная,
По-прежнему нѣжна.

Пусть буйствуетъ Кентавръ, пусть, обезумѣвъ, бьется
Съ Гигантами Гераклъ и скалы мечетъ вслѣдъ,
Пусть весь Сатурновъ домъ качается, трясется –
А ей и дѣла нѣтъ.

Походы Кесаря, и тщетныя угрозы
Царей, и то какъ ихъ за шеи волокли
Ты лучше, Меценатъ, сухой и сжатой прозой
Описывать вели.

Что до меня, мой другъ, не знаю я прелестнѣй
Въ сіяющихъ глазахъ игры живыхъ огней,
Завиднѣе любви, и сладостнѣе пѣсни
Ликимніи твоей.

И въ хороводѣ дѣвъ стройнѣй не сыщешь стана,
Умнонаходчива средь шутокъ и потѣхъ,
В кругу танцующихъ на празднествѣ Діаны
Она замѣтнѣй всѣхъ.

Я знаю: никакихъ другихъ сокровищъ ради
– Пускай предложатъ вдругъ и Фригія и Кноссъ

Все золото свое – ты не отдашь и пряди
Ея златыхъ волосъ,

Развившейся, когда среди лобзаній страстно
Она подастся вся и шею чуть нагнетъ
И отстранится вдругъ и съ новой силой властно
Ихъ съ устъ твоихъ сорветъ.

XIII

Ille et nefasto te posuit die,
quicumque primum, et sacrilega manu
    produxit, arbos, in nepotum
    perniciem obprobriumque pagi;

illum et parentis crediderim sui
fregisse cervicem et penetralia
    sparsisse nocturno cruore
    hospitis, ille venena Colcha

et quidquid usquam concipitur nefas
tractavit, agro qui statuit meo
    te, triste lignum, te, caducum
    in domini caput inmerentis.

Quid quisque vitet, nunquam homini satis
cautum est in horas: navita Bosphorum
    Poenus perhorrescit neque ultra
    caeca timet aliunde fata,

miles sagittas et celerem fugam
Parthi, catenas Parthus et Italum
    robur; sed inprovisa leti
    uis rapuit rapietque gentis.

Quam paene furvae regna Proserpinae
et iudicantem vidimus Aeacum
    sedesque discriptas piorum et
    Aeoliis fidibus querentem

Sappho puellis de popularibus
et te sonantem plenius aureo,
    Alcaee, plectro dura navis,
    dura fugae mala, dura belli.

Utrumque sacro digna silentio
mirantur umbrae dicere, sed magis
    pugnas et exactos tyrannos
    densum umeris bibit aure volgus.

Quid mirum, ubi illis carminibus stupens
demittit atras belua centiceps
    auris et intorti capillis
    Eumenidum recreantur angues?

Quin et Prometheus et Pelopis parens
dulci laborum decipitur sono
    nec curat Orion leones
    aut timidos agitare lyncas.

II. XIII

Кто бъ ни былъ тотъ, о стволъ треклятый,
Кто святотатственной рукой
Тебя здѣсь посадилъ когда-то, –
На гибель родъ обрекъ он свой,

Онъ задушилъ отца родного,
Алтарь Пенатовъ осквернилъ,
Подъ сѣнью собственнаго крова
Онъ гостя мирнаго убил,

Погрязъ во всѣхъ онъ преступленьяхъ.
Зачѣмъ, скажи, средь бѣла дня
Въ моихъ же собственныхъ владѣньяхъ
Ты рухнулъ прямо на меня?

Кто будущее видитъ ясно,
Свой часъ сумѣвъ предугадать?
Босфоръ минуемъ мы опасный,
Но смерть насъ дальше можетъ ждать.

Страшны маневромъ намъ парѳяне,
А ихъ пугаетъ римскій строй,
Но не предвидѣнный заранѣ,
Ударъ опаснѣе порой.

Я въ царство Прозерпины темной
Чуть-чуть сейчасъ не угодилъ,
Туда, гдѣ Сафо пѣснью томной
Любовный избываетъ пылъ,

Гдѣ лира нѣжная Алкея
Поетъ о тяготахъ войны,
Гдѣ, звука пророронить не смѣя,
Благоговѣнія полны,

Имъ тѣни легкія внимаютъ,
Хоть больше ждетъ ихъ жадный слухъ,
Узнать, какъ царства погибаютъ,
Тираны испускаютъ духъ.

И чудо ли, что песъ стоглавый,
Прижавши уши, тамъ стоитъ?
Что не свиваются удавы
Въ власахъ ужасныхъ Эвменидъ?

Что Прометей забылъ о мукахъ,
Совсѣмъ затихъ Тантала стонъ,
И потерялся въ чудныхъ звукахъ,
Охоту бросивъ, Оріонъ?

XIV

Eheu fugaces, Postume, Postume,
labuntur anni nec pietas moram
    rugis et instanti senectae
    adferet indomitaeque morti,

non, si trecenis quotquot eunt dies,
amice, places inlacrimabilem
    Plutona tauris, qui ter amplum
    Geryonen Tityonque tristi

compescit unda, scilicet omnibus
quicumque terrae munere vescimur
    enaviganda, sive reges
    sive inopes erimus coloni.

Frustra cruento Marte carebimus
fractisque rauci fluctibus Hadriae,
    frustra per autumnos nocentem
    corporibus metuemus Austrum:

visendus ater flumine languido
Cocytos errans et Danai genus
    infame damnatusque longi
    Sisyphus Aeolides laboris.

Linquenda tellus et domus et placens
uxor, neque harum quas colis arborum
    te praeter invisas cupressos
    ulla brevem dominum sequetur;

absumet heres Caecuba dignior
servata centum clavibus et mero
tinguet pavimentum superbo,
pontificum potiore cenis.

II.XIV

Набожность, Постумъ, замедлить не сможетъ
Поступи смерти неумолимой.
Годы, такъ быстро текущіе мимо,
Старость приносятъ – вотъ вѣкъ твой и прожитъ.

Жертвуй быковъ хоть по сотнѣ трикраты
Ты не упросишь, друже, Плутона
Онъ непреклоненъ и три Геріона –
Смертью объяты, какъ были объяты.

Каждый вкусившій отъ древа земного,
– Пасъ ли овецъ онъ или народы –
Переплываетъ тѣ мрачныя воды,
Выбрать ему не удастся иного.

Тщетно мы Адрій бурливый обходимъ,
Пережидаемъ вѣтеръ опасный,
Марсовыхъ игрищъ бѣжимъ мы напрасно,
Ищемъ спасенія – а не находимъ.

Видѣть придется намъ медленнотечный
Черный Коцитъ и рода Даная
Муки посмертныя и какъ, стеная,
Катитъ свой камень Сизифъ безконечно.

Домъ мы покинемъ, разстанемся съ милой,
Даже и вѣтвь одну винограда

Намъ не забрать из любимаго сада –
Лишь кипарисъ будетъ рядом унылый.

Ну а кекубского пиѳосъ отличный
За ста замками зорко хранимый
Выпьетъ наслѣдникъ тобой нелюбимый,
Краснымъ запачкавъ твой полъ мозаичный.

XV

Iam pauca aratro iugera regiae
moles relinquent, undique latius
extenta visentur Lucrino
stagna lacu platanusque caelebs

evincet ulmos; tum violaria et
myrtus et omnis copia narium
spargent olivetis odorem
fertilibus domino priori;

tum spissa ramis laurea fervidos
excludet ictus. Non ita Romuli
praescriptum et intonsi Catonis
auspiciis veterumque norma.

Privatus illis census erat brevis,
commune magnum; nulla decempedis
metata privatis opacam
porticus excipiebat Arcton,

nec fortuitum spernere caespitem
leges sinebant, oppida publico
sumptu iubentes et deorum
templa novo decorare saxo.

II.XV

Дворцы ни пяди плугу селянина
Оставить не хотятъ, то тутъ то тамъ
Пруды размѣромъ съ полъ-Лукрина;
Безплодный высаженъ платанъ

Гдѣ были вязы, рядомъ – миртъ зеленый;
На мѣстѣ скромныхъ отческихъ оливъ –
Благоуханьемъ напоенный
Фіалокъ пестрый переливъ.

Все сѣнью лавра пышною объято
Повсюду роскошь, лѣнь и щегольство,
Но Ромулъ и Катонъ косматый
Не завѣщали намъ того.

Владѣли предки только самымъ малымъ,
Зато самъ Римъ былъ сказочно богатъ,
Законъ тогда не дозволялъ имъ
Ни ставить дорогихъ палатъ,

Ни брезговать покровомъ скромнымъ дерна
Для крыши собственныхъ своихъ домовъ.
Но храмы были всѣ просторны
И камень былъ ихъ бѣлъ и новъ.

XVI

Otium divos rogat in patenti
prensus Aegaeo, simul atra nubes
condidit lunam neque certa fulgent
sidera nautis;

otium bello furiosa Thrace,
otium Medi pharetra decori,
Grosphe, non gemmis neque purpura ve-
nale neque auro.

Non enim gazae neque consularis
summovet lictor miseros tumultus
mentis et curas laqueata circum
tecta volantis.

Vivitur parvo bene, cui paternum
splendet in mensa tenui salinum
nec levis somnos timor aut cupido
sordidus aufert.

Quid brevi fortes iaculamur aevo
multa? Quid terras alio calentis
sole mutamus? Patriae quis exul
se quoque fugit?

Scandit aeratas vitiosa navis
cura nec turmas equitum relinquit,
ocior cervis et agente nimbos
ocior Euro.

Laetus in praesens animus quod ultra est
oderit curare et amara lento
temperet risu: nihil est ab omni
parte beatum.

Abstulit clarum cita mors Achillem,
longa Tithonum minuit senectus,
et mihi forsan, tibi quod negarit,
porriget hora.

Te greges centum Siculaeque circum
mugiunt vaccae, tibi tollit hinnitum
apta quadrigis equa, te bis Afro
murice tinctae

vestiunt lanae; mihi parva rura et
spiritum Graiae tenuem Camenae
Parca non mendax dedit et malignum
spernere volgus.

II. XVI

Ночью над бурною бездною водной
Проситъ покоя себѣ мореходъ –
Только не видно звѣзды путеводной,
Пустъ небосводъ.

Просятъ о мирѣ средь шума и гнѣва
Грозный ѳракіецъ и яростный дакъ.
Даже и златомъ купить его нево-
зможно никакъ.

Злыя тревоги тѣснятся толпою –
Ликтора что ли разсѣять ихъ звать?
Крадучись, близятся тихой стопою –
Не отогнать.

Мѣдной солонки довольно для счастья
Въ домѣ отцовскомъ на скромномъ столѣ,
Если погасишь нечистыя страсти
Въ жадномъ жерлѣ.

Ты все хлопочешь, а дни уже вышли.
Воздухъ скитаній жадно любя,
Родину бросишь, но убѣжишь ли
Самъ отъ себя?

Лѣзутъ заботы вверхъ по канатамъ
Грозной галеры – прямо на бортъ,
Вихремъ по слѣду несутся крылатымъ
Конныхъ когортъ.

Что тамъ въ грядущемъ подъ дымкою зыбкой
Грозно таится – намъ незачѣмъ знать.
Всѣ треволненія съ тихой улыбкой
Должно встрѣчать.

Коротокъ мощнаго вѣкъ былъ Ахилла,
Высохъ отъ старости слабый Тиѳонъ.
Парка меня кой-чего не лишила –
Ты же лишенъ.

Стадомъ безчисленнымъ, тысячью пашенъ
Ты заправляешь богатъ и силенъ.
Кони быстры твои, въ пурпуръ окрашенъ
Дважды твой ленъ.

Счастливо въ маломъ живу я имѣньѣ
Вмѣстѣ съ Каменой совсѣмъ не скупой,
И даровали мнѣ боги презрѣнье
Къ черни тупой.

XVII

Cur me querellis exanimas tuis?
Nec dis amicum est nec mihi te prius
obire, Maecenas, mearum
grande decus columenque rerum.

A! te meae si partem animae rapit
maturior vis, quid moror altera,
nec carus aeque nec superstes
integer? Ille dies utramque

ducet ruinam. Non ego perfidum
dixi sacramentum: ibimus, ibimus,
utcumque praecedes, supremum
carpere iter comites parati.

Me nec Chimaerae spiritus igneae
nec, si resurgat centimanus gigas,
divellet umquam: sic potenti
Iustitiae placitumque Parcis.

Seu Libra seu me Scorpios aspicit
formidolosus, pars violentior
natalis horae, seu tyrannus
Hesperiae Capricornus undae,

utrumque nostrum incredibili modo
consentit astrum; te Iovis impio
tutela Saturno refulgens
eripuit volucrisque Fati

tardavit alas, cum populus frequens
laetum theatris ter crepuit sonum;
me truncus inlapsus cerebro
sustulerat, nisi Faunus ictum

dextra levasset, Mercurialium
custos virorum. Reddere victimas
aedemque votivam memento;
nos humilem feriemus agnam.

II. XVII

Зачѣмъ стенаньями мою ты душу рвешь,
Судьбы моей хранитель, Меценатъ,
Изъ насъ двоихъ ты первымъ не уйдешь:
Я не хочу того и боги не хотятъ.

О! Если все жъ быстрѣй тебя исхититъ мракъ,
Души моей излюбленная часть,
Второй – не жить, и коль случится такъ
Внѣ цѣлаго тотчасъ она должна пропасть.

Въ послѣдній день, когда нашъ общій рухнетъ домъ
Клянуся я, не лгу я здѣсь ничуть –
Уйдемъ вдвоемъ – ты слышишь ли? – вдвоемъ!
И будешь ты во тьмѣ указывать мнѣ путь.

Сторукій ли гигантъ, когда бъ он смогъ ожить,
Химеры ли дыханья ѣдкій жаръ
Сумѣютъ насъ съ тобой разъединить?
Не выйдетъ ничего! – тутъ Парокъ высшій даръ.

Пусть угрожающе опустятся Вѣсы,
Пусть злобою пылаетъ Скорпіонъ,

Пусть Гончіе ярятся злые Псы,
Пусть гнѣвомъ пышетъ весь огромный Оріонъ,

Но наши двѣ звѣзды въ согласіи всегда.
Юпитеромъ надежно ты хранимъ –
Онъ спасъ тебя отъ гибели. Тогда
Три раза чествовалъ тебя, вставая, Римъ.

Въ Сабинахъ подъ стволомъ упавшимъ я бы могъ
Погибнуть вразъ, но Фавна мнѣ послалъ
Отвесть ударъ, мой хитроумный богъ.
Хранимъ Меркуріемъ, я невредимымъ всталъ.

Давно обѣщанный построить не забудь
Ты новый храмъ спасительнымъ богамъ,
И я съ тобой! Я побѣднѣе чуть:
Ягненка малаго я въ жертву имъ отдамъ.

XVIII

Non ebur neque aureum
mea renidet in domo lacunar;
    non trabes Hymettiae
premunt columnas ultima recisas
    Africa, neque Attali
ignotus heres regiam occupavi,
    nec Laconicas mihi
trahunt honestae purpuras clientae.
    At fides et ingeni
benigna vena est pauperemque dives
    me petit; nihil supra
deos lacesso nec potentem amicum
    largiora flagito,
satis beatus unicis Sabinis.
    Truditur dies die
novaeque pergunt interire lunae;
    tu secanda marmora
locas sub ipsum funus et sepulcri
    inmemor struis domos
marisque Bais obstrepentis urges
    summovere litora,
parum locuples continente ripa.
    Quid quod usque proximos
revellis agri terminos et ultra
    limites clientium
salis avarus? Pellitur paternos
    in sinu ferens deos
et uxor et vir sordidosque natos.
    Nulla certior tamen

rapacis Orci fine destinata
aula divitem manet
erum. Quid ultra tendis? Aequa tellus
pauperi recluditur
regumque pueris, nec satelles Orci
callidum Promethea
revexit auro captus. Hic superbum
Tantalum atque Tantali
genus coercet, hic levare functum
pauperem laboribus
vocatus atque non vocatus audit.

II. XVIII

Отдѣлкою новой
Не блещетъ мой домикъ: ни златомъ,
Ни костью слоновой,
Ни мраморомъ голубоватымъ.
Наслѣдникомъ трона
Не стану царя я Аттала,
Пурпурнаго жены
Не выткали мнѣ покрывала.
Я славенъ стихами,
А вовсе не звонкой казною,
Богатые сами
Знакомства желаютъ со мною.
Могущего друга
О большемъ просить я не буду.
Дни ходятъ по кругу,
И смерть намъ грозитъ отовсюду.

Ты мраморъ закажешь
Чтобъ строить роскошную виллу –
Назавтра ты ляжешь
На вѣчные вѣки въ могилу.

Предъ смертью считаться
Съ кліентами станешь.И въ скорби
Уйдут тѣ скитаться
Съ дѣтьми и Пенатами въ торбѣ.
Отдвинешь отъ Байи
Ты линію береговую,
Песокъ насыпая
Въ минуту уже роковую.

Отъ Орка просторный
Получимъ дворецъ мы навѣчно.
Что толку въ проворной
Борьбѣ и алчбѣ безконечной?
Всегда передъ нами
Разверста земля равнодушно,
Что вмѣстѣ съ царями –
Пріемлетъ и нищихъ радушно.
Она распахнется
Лишь кончатся наши печали.
И Оркъ отзовется
Хотя бъ мы его и не звали.

XIX

Bacchum in remotis carmina rupibus
vidi docentem, credite posteri,
Nymphasque discentis et auris
capripedum Satyrorum acutas.

Euhoe, recenti mens trepidat metu
plenoque Bacchi pectore turbidum
laetatur. Euhoe, parce Liber,
parce, gravi metuende thyrso.

Fas pervicacis est mihi Thyiadas
uinique fontem lactis et uberes
cantare rivos atque truncis
lapsa cavis iterare mella;

fas et beatae coniugis additum
stellis honorem tectaque Penthei
disiecta non leni ruina,
Thracis et exitium Lycurgi.

Tu flectis amnes, tu mare barbarum,
tu separatis uvidus in iugis
nodo coerces viperino
Bistonidum sine fraude crinis.

Tu, cum parentis regna per arduum
cohors Gigantum scanderet inpia,
Rhoetum retorsisti leonis
unguibus horribilique mala;

quamquam, choreis aptior et iocis
ludoque dictus, non sat idoneus
pugnae ferebaris; sed idem
pacis eras mediusque belli.

Te vidit insons Cerberus aureo
cornu decorum leniter atterens
caudam et recedentis trilingui
ore pedes tetigitque crura.

II. XIX

Вакха, поющего средь камышей,
Видѣлъ я – вѣрь мнѣ, грядущій потомокъ,
Чутко внимали ему изъ потемокъ
Много наставленныхъ острыхъ ушей –

Пѣснямъ учились прилежно сатиры;
Полонъ я Вакхомъ, Эванъ – Эвое!
Тирсомъ грозишь ты моей головѣ –
Не уроню я сладостной лиры.

Можно мнѣ пѣть о пчелиныхъ рояхъ,
Можно мнѣ пѣть о Менадахъ жестокихъ,
Медѣ, что каплетъ изъ дупелъ глубокихъ,
Винныхъ фонтанахъ, молочныхъ ручьяхъ,

И о безумьѣ ликургова боя,
Про Аріадны звѣздный вѣнецъ,
Молнію, бьющую прямо въ дворецъ
Дурня Пентея, что спорилъ съ тобою.

Косы вакханокъ ты вяжешь въ узлы,
Змѣй безобидныхъ ты къ нимъ приплетаешь.

Пьяный, веселый, легко ты смиряешь
Рѣки индійскія – бурны и злы.

Въ битвѣ ужасной гигантовъ съ богами
Въ мигъ, какъ въ небесный ворвалися домъ
Орды враждебныя, яростнымъ львомъ
В глотку ты Рету вцѣпился зубами.

Кажется многимъ, но это не такъ –
То, что ты созданъ для танцевъ и шутокъ.
Въ битвахъ жестокихъ ты истинно жутокъ,
Хоть ты и въ играхъ первѣйшій мастакъ.

Керберъ увидѣлъ тебя и безгнѣвно
Только похлопалъ ужаснымъ хвостомъ,
К рогу златому припалъ и потомъ
Тихо лизнулъ тріязычно-тризѣвно.

XX

Non usitata nec tenui ferar
penna biformis per liquidum aethera
 vates neque in terris morabor
 longius invidiaque maior

urbis relinquam. Non ego pauperum
sanguis parentum, non ego quem vocas,
 dilecte Maecenas, obibo
 nec Stygia cohibebor unda.

Iam iam residunt cruribus asperae
pelles et album mutor in alitem
 superne nascunturque leves
 per digitos umerosque plumae.

Iam Daedaleo ocior Icaro
uisam gementis litora Bosphori
 Syrtisque Gaetulas canorus
 ales Hyperboreosque campos.

Me Colchus et qui dissimulat metum
Marsae cohortis Dacus et ultimi
 noscent Geloni, me peritus
 discet Hiber Rhodanique potor.

Absint inani funere neniae
luctusque turpes et querimoniae;
 conpesce clamorem ac sepulcri
 mitte supervacuos honores.

II. XX

Буду взнесенъ по прозрачному небу
Я, двуединъ, на могучихъ крылахъ.
И ничего не оставлю въ потребу
Зависти жалкой въ земныхъ городахъ.

Рода незнатнаго, другъ Мецената,
Что обращался, какъ равный, со мной,
Смерти избѣгну я – лебедь крылата
Не захлебнется стигійской волной.

Кожа на голеняхъ стала шершава,
Жесткія перья взросли на спинѣ,
Крылья расправились слѣва и справа –
Бѣлый, какъ снѣгъ, я парю въ вышинѣ!

Весело мчусь я быстрѣе Икара
Бурѣ бушующей наперекоръ
Слышу дыханье ливійскаго жара
Вижу завьюженный черный Босфоръ,

Въ небѣ Колхиды я съ кликами рѣю,
Пѣсней своею прославленъ и гордъ,
Скиѳы внимаютъ ей, гипербореи,
Даки, что нашихъ страшатся когортъ.

У опустѣлой не плачьте могилы,
И ни къ чему этотъ жалобный стонъ,
Вопли угрюмы и пѣсни унылы,
Почести мнимыхъ моихъ похоронъ.

LIBER

КНИГА ТРЕТЬЯ

TERTIVS

I

Odi profanum volgus et arceo.
favete linguis: carmina non prius
  audita Musarum sacerdos
    virginibus puerisque canto.

regum timendorum in proprios greges,
reges in ipsos imperium est Iovis,
  clari Giganteo triumpho,
    cuncta supercilio moventis.

est ut viro vir latius ordinet
arbusta sulcis, hic generosior
  descendat in campum petitor,
    moribus hic meliorque fama

contendat, illi turba clientium
sit maior: aequa lege Necessitas
  sortitur insignis et imos,
    omne capax movet urna nomen.

destrictus ensis cui super inpia
cervice pendet, non Siculae dapes
  dulcem elaborabunt saporem,
    non avium citharaeque cantus

somnum reducent: somnus agrestium
lenis virorum non humilis domos
  fastidit umbrosamque ripam,
    non Zephyris agitata tempe.

desiderantem quod satis est neque
tumultuosum sollicitat mare
nec saevus Arcturi cadentis
impetus aut orientis Haedi,

non verberatae grandine vineae
fundusque mendax, arbore nunc aquas
culpante, nunc torrentia agros
sidera, nunc hiemes iniquas.

contracta pisces aequora sentiunt
iactis in altum molibus: huc frequens
caementa demittit redemptor
cum famulis dominusque terrae

fastidiosus; sed Timor et Minae
scandunt eodem quo dominus, neque
decedit aerata triremi et
post equitem sedet atra Cura.

quodsi dolentem nec Phrygius lapis
nec purpurarum sidere clarior
delenit usus nec Falerna
vitis Achaemeniumque costum,

cur invidendis postibus et novo
sublime ritu moliar atrium?
cur valle permutem Sabina
divitias operosiores?

III. I

Жрецомъ предъ Музами стою –
Непросвѣщенному невѣждѣ
Сюда нѣтъ хода. Я пою
Никѣмъ не слыханное прежде.

Пусть безраздѣльна власть царей
Надъ имъ врученными стадами,
Лишь легкимъ маніемъ бровей
Повелѣваетъ Зевсъ царями.

У одного привой сильнѣй,
Распаханное, шире поле,
Тотъ благороднѣй, тотъ славнѣй,
Того счастливѣй въ жизни доля,

Другой всѣхъ прочихъ превзойдетъ
Въ бояхъ побѣдами своими,
Но жребій тихо смерть метнетъ
И выпадетъ любое имя.

Кто помнитъ, что ему грозитъ
Неотвратимая секира,
Тотъ вкуса яствъ не ощутитъ
Среди изысканнаго пира.

Претитъ ему киѳары звукъ,
И день не милъ, и ночь безсонна.
Но въ хижину простую вдругъ
Покой низходитъ благосклонно.

Умѣй лишь малаго хотѣть,
Не требуй лишняго запаса,
И можешь смѣло ты смотрѣть
На глазъ кровавый Волопаса,

И не страшны тебѣ ни градъ,
Ни засухъ жаркое дыханье,
Ни наводненія, ни хладъ,
Ни прочихъ бѣдствій предсказанье.

Уже переполохъ у рыбъ
Мелѣя, море закипаетъ –
Рабы возы огромныхъ глыбъ
Таскаютъ и на дно кидаютъ –

Тебѣ ужъ тѣсно на землѣ.
Отъ страха смерти гдѣ спасешься?
Не уплывешь на кораблѣ,
И на конѣ не унесешься.

Ни виллою обзаведясь
Съ запасомъ сладкаго Фалерна,
Ни въ злато съ пурпуромъ рядясь,
Печали не избыть безмѣрной.

Къ чѣму бъ я вздумалъ украшать
По новой модѣ атрій малый?
Мнѣ роскоши не нужно знать
Персидской вашей небывалой.

II

Angustam amice pauperiem pati
robustus acri militia puer
  condiscat et Parthos ferocis
    vexet eques metuendus hasta

vitamque sub divo et trepidis agat
in rebus. illum ex moenibus hosticis
  matrona bellantis tyranni
    prospiciens et adulta virgo

suspiret, eheu, ne rudis agminum
sponsus lacessat regius asperum
  tactu leonem, quem cruenta
    per medias rapit ira caedes.

dulce et decorum est pro patria mori:
mors et fugacem persequitur virum
  nec parcit inbellis iuventae
    poplitibus timidoque tergo.

virtus repulsae nescia sordidae
intaminatis fulget honoribus
  nec sumit aut ponit securis
    arbitrio popularis aurae:

virtus recludens inmeritis mori
caelum negata temptat iter via
  coetusque volgaris et udam
    spernit humum fugiente pinna.

est et fideli tuta silentio
merces: vetabo, qui Cereris sacrum
volgarit arcanae, sub isdem
sit trabibus fragilemque mecum

solvat phaselon: saepe Diespiter
neglectus incesto addidit integrum;
raro antecedentem scelestum
deseruit pede Poena claudo.

III. II

Пусть, свыкшися съ жизнью суровой,
Юнцы наши, рядомъ съ конемъ
Въ пустынѣ ночуютъ безъ крова,
Парѳянъ отгоняя копьемъ.

Привыкнутъ къ опасностямъ рано –
И взвоетъ со стѣнъ крѣпостныхъ
На выданьѣ дочка тирана,
Завидѣвъ, какъ юный женихъ

На вылазкѣ дерзкой столкнется
Вдругъ съ бѣшенствомъ римскаго льва:
«Увы, онъ назадъ не вернется!
Пропала его голова!»

За родину гибнуть не тяжко,
А струсившаго бѣглеца
Смерть схватитъ въ погонѣ за ляжку,
И не пожалѣетъ крестца.

Но доблесть не знаетъ паденья,
Не блекнетъ она никогда.

И сила ея осужденья
Всеобщему мнѣнью чужда.

И трудной дорогой межъ терній
Она храбреца проведетъ,
И небо откроетъ. А черни –
Вѣкъ мыкаться въ смрадѣ болотъ.

Но даръ отъ Цереры все выше –
Для вѣрныхъ, умѣвшихъ молчать.
Я даже подъ общею крышей
Не стану с предателемъ спать:

Юпитеръ тутъ силу удара
Полѣнится соизмѣрять,
Сумѣетъ жутчайшая кара,
Хромая, злодѣя догнать.

III

Iustum et tenacem propositi virum
non civium ardor prava iubentium,
non voltus instantis tyranni
mente quatit solida neque Auster,

dux inquieti turbidus Hadriae,
nec fulminantis magna manus Iovis:
si fractus inlabatur orbis,
inpavidum ferient ruinae.

hac arte Pollux et vagus Hercules
enisus arcis attigit igneas,
quos inter Augustus recumbens
purpureo bibet ore nectar,

hac te merentem, Bacche pater, tuae
vexere tigres indocili iugum
collo trahentes, hac Quirinus
Martis equis Acheronta fugit,

gratum elocuta consiliantibus
Iunone divis: 'Ilion, Ilion
fatalis incestusque iudex
et mulier peregrina vertit

in pulverem, ex quo destituit deos
mercede pacta Laomedon, mihi
castaeque damnatum Minervae
cum populo et duce fraudulento.

iam nec Lacaenae splendet adulterae
famosus hospes nec Priami domus
  periura pugnaces Achivos
    Hectoreis opibus refringit,

nostrisque ductum seditionibus
bellum resedit: protinus et gravis
  iras et invisum nepotem,
    Troica quem peperit sacerdos,

Marti redonabo. illum ego lucidas
inire sedes, discere nectaris
  sucos et adscribi quietis
    ordinibus patiar deorum.

dum longus inter saeviat Ilion
Romamque pontus, qualibet exsules
  in parte regnanto beati;
    dum Priami Paridisque busto

insultet armentum et catulos ferae
celent inultae, stet Capitolium
  fulgens triumphatisque possit
    Roma ferox dare iura Medis.

horrenda late nomen in ultimas
extendat oras, qua medius liquor
  secernit Europen ab Afro,
    qua tumidus rigat arva Nilus.

aurum inrepertum et sic melius situm,
cum terra celat, spernere fortior
  quam cogere humanos in usus
    omne sacrum rapiente dextra,

quicumque mundo terminus obstitit,
hunc tanget armis, visere gestiens,
  qua parte debacchentur ignes,
    qua nebulae pluviique rores.

sed bellicosis fata Quiritibus
hac lege dico, ne nimium pii
  rebusque fidentes avitae
    tecta velint reparare Troiae.

Troiae renascens alite lugubri
fortuna tristi clade iterabitur
  ducente victrices catervas
    coniuge me Iovis et sorore.

ter si resurgat murus aeneus
auctore Phoebo, ter pereat meis
  excisus Argivis, ter uxor
    capta virum puerosque ploret.'

non hoc iocosae conveniet lyrae.
quo, Musa, tendis? desine pervicax
  referre sermones deorum et
    magna modis tenuare parvis.

III. III

Мужъ праведный съ толпой гражданъ
Въ слѣпомъ безуміи ко злу не повлечется,
Какой ни угрожай расправою тиранъ
    Предъ нимъ онъ въ страхѣ не согнется.

    Взъярится Адрій отъ того,
Что южный вѣтръ подулъ, – онъ парусъ напрягаетъ,
Юпитеръ міръ крушитъ громами, но его
    Обломковъ градъ не испугаетъ.

  Такими были Геркулесъ
И Поллуксъ, что сейчас сіяютъ въ тьмѣ надъ нами.
И съ ними къ нектару приникнетъ средь небесъ
    Нашъ Августъ алыми губами.

Таковъ и ты, Вакхъ-исполинъ,
Кого злой тигръ съ ярмомъ на шеѣ непокорной
Возноситъ яро ввысь, таковъ былъ и Квиринъ,
Что ускакалъ отъ смерти черной.

«Ошибочный позорный судъ, –
въ совѣтѣ вышнихъ силъ промолвила Юнона, –
И чужестранки той неукротимый блудъ
Суть корни краха Иліона,

Еще когда Лаомедонъ
Боговъ-строителей перехитрилъ съ оплатой
Былъ для расправы намъ съ Аѳиною врученъ
Весь этотъ городъ виноватый.

Но свѣтъ давно уже не льетъ
Краса измѣнницы, съ Парисомъ плыть готовой,
И Гекторъ никогда уже не отобьетъ
Ахейцевъ грозныхъ приступъ новый.

Затихла наконецъ война,
Раздоры кончились Аѳины и Арея
И ненависть забывъ, умиротворена,
Я внука признаю отъ Реи –

Согласна я, пускай войдетъ
Мой Ромул въ свѣтлые небесные предѣлы
Пускай въ спокойствіи онъ нектаръ сладкій пьетъ,
Сосѣдствуя съ богами смѣло.

Покуда море переплыть
Изъ Рима въ Иліонъ вѣтра не дозволяютъ
Не возбраняется изгнанникамъ царить
Вездѣ, гдѣ только пожелаютъ.

Пусть овцы топчутся гурьбой
Поверхъ нѣмыхъ могилъ Париса и Пріама,

Чтобъ Капитолій всталъ, и властвуя судьбой
Парѳянъ, вознесся къ высямъ прямо,

Чтобъ, всѣмъ краямъ внушая страхъ,
Могъ Римъ распространить чудовищную силу,
На геркулесовыхъ высоко вставъ столпахъ
И на поляхъ прибрежныхъ Нила.

Коль злато сможетъ Римъ сыскать –
Въ землѣ нетронутымъ оставитъ пусть съ презрѣньемъ.
Чужихъ святынь ему не должно въ руки брать
И осквернять прикосновеньемъ.

Граница міра далека –
Оружіемъ своимъ все Римъ ее коснется,
Пускай тамъ страшный жаръ, пусть вѣчны облака
И хладный дождь все время льется.

Условье должно объявить
Квиритамъ мнѣ сейчасъ: все сбудется, герои,
Коль не дерзнете вы пойти возстановить
Родныя кровли древней Трои.

А если вдругъ дерзнетъ рука
Завѣтъ нарушить мой, и Троя возродится,
Я, Зевсова жена, вновь поведу войска
И прежній ужасъ повторится!

Три раза встанетъ та стѣна –
Три раза и падетъ – то ничего не значитъ:
Я греков въ бой пошлю – и пусть въ плѣну жена
О мужѣ мертвомъ трижды плачетъ».

Шутливой лире громкій звонъ
Претитъ. Куда же ты, о Муза, залетѣла?
Какъ звукъ такихъ рѣчей въ устахъ твоихъ смѣшонъ!
Оставь, не наше это дѣло.

IV

Descende caelo et dic age tibia
regina longum Calliope melos,
seu voce nunc mavis acuta,
seu fidibus citharave Phoebi.

auditis? an me ludit amabilis
insania? audire et videor pios
errare per lucos, amoenae
quos et aquae subeunt et aurae.

me fabulosae Volture in Apulo
nutricis extra limina Pulliae
ludo fatigatumque somno
fronde nova puerum palumbes

texere, mirum quod foret omnibus,
quicumque celsae nidum Aceruntiae
saltusque Bantinos et arvum
pingue tenent humilis Forenti,

ut tuto ab atris corpore viperis
dormirem et ursis, ut premerer sacra
lauroque conlataque myrto,
non sine dis animosus infans.

vester, Camenae, vester in arduos
tollor Sabinos, seu mihi frigidum
Praeneste seu Tibur supinum
seu liquidae placuere Baiae.

vestris amicum fontibus et choris
non me Philippis versa acies retro,
  devota non extinxit arbor
    nec Sicula Palinurus unda.

utcumque mecum vos eritis, libens
insanientem navita Bosphorum
  temptabo et urentis harenas
    litoris Assyrii viator,

visam Britannos hospitibus feros
et laetum equino sanguine Concanum,
  visam pharetratos Gelonos
    et Scythicum inviolatus amnem.

vos Caesarem altum, militia simul
fessas cohortes abdidit oppidis,
  finire quaerentem labores
    Pierio recreatis antro;

vos lene consilium et datis et dato
gaudetis, almae. scimus, ut inpios
  Titanas immanemque turbam
    fulmine sustulerit caduco,

qui terram inertem, qui mare temperat
ventosum et urbis regnaque tristia,
  divosque mortalisque turmas
    imperio regit unus aequo.

magnum illa terrorem intulerat Iovi
fidens iuventus horrida bracchiis
  fratresque tendentes opaco
    Pelion inposuisse Olympo.

sed quid Typhoeus et validus Mimas
aut quid minaci Porphyrion statu,
  quid Rhoetus evolsisque truncis
    Enceladus iaculator audax

contra sonantem Palladis aegida
possent ruentes? hinc avidus stetit
Volcanus, hinc matrona Iuno et
numquam umeris positurus arcum,

qui rore puro Castaliae lavit
crinis solutos, qui Lyciae tenet
dumeta natalemque silvam,
Delius et Patareus Apollo.

vis consili expers mole ruit sua,
vim temperatam di quoque provehunt
in maius, idem odere viris
omne nefas animo moventis.

testis mearum centimanus gigas
sententiarum, notus et integrae
temptator Orion Dianae
virginea domitus sagitta.

iniecta monstris Terra dolet suis
maeretque partus fulmine luridum
missos ad Orcum; nec peredit
inpositam celer ignis Aetnen

incontinentis nec Tityi iecur
reliquit ales, nequitiae additus
custos; amatorem trecentae
Pirithoum cohibent catenae.

III. IV

Пѣснь полнозвучную съ неба пролей ты,
О, Калліопа, выборъ здѣсь твой –
Струнной киѳарой явись или флейтой
Или какъ женскій голосъ живой.

Слышите? Можетъ быть, я въ лихорадкѣ?
Это она или чудится мнѣ?
Я заблудился въ лѣсистомъ распадкѣ,
Вѣтер поетъ надо мной въ полуснѣ.

Въ дѣтствѣ на Вультурѣ на солнцепекѣ
Я задремалъ, утомленный игрой.
Голубь ко мнѣ подлетѣлъ бѣлобокій,
Тихо укрылъ меня свѣжей листвой.

Видѣла это, застывъ въ изумленьи,
Вся Акерента съ вершины горы,
Нижнія тоже дивились селенья:
Спалъ я спокойно, не чуя жары,

Ползали змѣи, клубясь и свиваясь,
Злобно медвѣди рычали, а я
Спалъ беззаботно, ихъ не опасаясь –
Чудомъ казалась смѣлость моя.

Вашъ я Камены! Дорога любая –
Пусть я брожу по сабинскимъ горамъ,
Возлѣ Пренеста, въ окрестностяхъ Байи –
Чуть поплутаетъ, но выведетъ къ вамъ!

Къ вашимъ фонтанамъ, благоговѣя,
Выйду счастливо, всегда невредимъ –
Я при Филиппахъ въ бою уцѣлѣю,
Дерево рухнетъ – живъ я подъ нимъ!

Такъ было въ прошломъ, но то же и нынѣ:
Смѣлымъ Босфоръ я пройду морякомъ,
Пѣшій, я выберусь и изъ пустыни,
Гдѣ всѣ слѣды заметаетъ пескомъ.

Не побоюсь я и злого кантабра,
Пьющего конскую кровь, какъ вино,
Къ скиѳамъ далекимъ отправлюсь я храбро,
Знаю: погибнуть тамъ – не суждено.

Только лишь Кесарь прикажетъ пѣхотѣ
Маршемъ идти по домамъ отдыхать,
Сходитесь съ нимъ вы въ таинственномъ гротѣ,
Чтобы досуги его услаждать.

Тихіе тамъ вы даете совѣты –
Давъ ихъ, и сами довольны вполнѣ:
Знаемъ судьбу мы титана Япета
Въ пропасти Тартара черной на днѣ

Легъ онъ, мгновенно прибитый громами
Тѣми, что мощный властитель метнулъ,
Правящій міромъ живыхъ и тѣнями,
Всякаго буйства смиряя разгулъ.

Много Юпитеру было заботы
Юныхъ безумцевъ тогда усмирить
Какъ на Олимпъ имъ приспѣла охота
Оссу зачѣмъ-то еще громоздить.

Только что можетъ сила любая –
Пусть всѣ гиганты безумны и злы,
Пусть Энкеладъ съ корнемъ рветъ, нападая,
Словно траву вѣковые стволы –

Противъ щита золотого Паллады?
Если, взъяряся, крушатъ все вокругъ
Гера съ Вулканомъ, не зная пощады,
Если ни разу тяжкій свой лукъ

Не опустилъ Аполлонъ всемогущій
Моющій кудри кастальской струей,
Житель ликійской таинственной пущи,
Оберегающій Делосъ родной.

Рухнетъ подъ тяжестью собственной сила,
Мысли лишенная, чуждая ей.
Воля боговъ каждый разъ возносила
Къ высямъ лишь самыхъ разумныхъ царей.

Вотъ доказательства: Гіасъ сторукій,
Сверженъ, стрѣлою пронзенъ Оріонъ,
Терпитъ Танталъ баснословныя муки,
Крутится на колесѣ Иксіонъ,

Плѣнныхъ гигантовъ собой подавляя,
Стонетъ Земля – ихъ несчастная мать,
Ярый огонь Энкеладъ извергая
Этну не можетъ съ груди приподнять,

Титія печень, не зная покоя,
Гложетъ стервятникъ изъ скиѳскихъ степей,
Въ Тартарѣ темномъ царя Пириѳоя
Триста желѣзныхъ держатъ цѣпей.

V

Caelo tonantem credidimus Iovem
regnare: praesens divus habebitur
Augustus adiectis Britannis
imperio gravibusque Persis.

milesne Crassi coniuge barbara
turpis maritus vixit et hostium
– pro curia inversique mores! –
consenuit socerorum in armis,

sub rege Medo Marsus et Apulus,
anciliorum et nominis et togae
oblitus aeternaeque Vestae,
incolumi Iove et urbe Roma?

hoc caverat mens provida Reguli
dissentientis condicionibus
foedis et exemplo trahenti
perniciem veniens in aevum,

si non periret inmiserabilis
captiva pubes: 'signa ego Punicis
adfixa delubris et arma
militibus sine caede' dixit

'derepta vidi, vidi ego civium
retorta tergo bracchia libero
portasque non clausas et arva
Marte coli populata nostro.

auro repensus scilicet acrior
miles redibit: flagitio additis
  damnum. neque amissos colores
    lana refert medicata fuco

nec vera virtus, cum semel excidit,
curat reponi deterioribus;
  si pugnat extricata densis
    cerva plagis, erit ille fortis,

qui perfidis se credidit hostibus,
et Marte Poenos proteret altero,
  qui lora restrictis lacertis
    sensit iners timuitque mortem.

hic unde vitam sumeret inscius,
pacem duello miscuit: o pudor!
  o magna Carthago probrosis
    altior Italiae ruinis!'

fertur pudicae coniugis osculum
parvosque natos ut capitis minor
  ab se removisse et virilem
    torvus humi posuisse voltum,

donec labantis consilio patres
firmaret auctor numquam alias dato
  interque maerentis amicos
    egregius properaret exul.

atqui sciebat, quae sibi barbarus
tortor pararet: non aliter tamen
  dimovit obstantis propinquos
    et populum reditus morantem,

quam si clientum longa negotia
diiudicata lite relinqueret
  tendens Venafranos in agros
    aut Lacedaemonium Tarentum.

III. V

Юпитеръ въ небесахъ безъ удержу гремитъ
И властвуетъ надъ облачнымъ чертогомъ.
Когда предъ Августомъ падутъ и персъ и бриттъ –
Он на землѣ такимъ же станетъ богомъ.

Возможно ль допустить чтобъ римлянинъ-солдатъ,
На варваркѣ женясь, лишился чести?
Куда смотрѣлъ сенатъ? Позорнѣйшій развратъ –
Состариться въ войскахъ мидійца-тестя.

Чтобъ Крассовъ воинъ взялъ и Нумы предалъ щитъ?
Забылъ свой домъ и имя родовое?
Ужель случилось то и Весты храмъ стоитъ?
О гордый Римъ, что сталося съ тобою?

Предвидѣлъ Регулъ крахъ и ясно понималъ
Какую намъ платить придется цѣну
За слабость и позоръ и гордо отвергалъ
Постыдныя условья Карѳагена:

«Что трусы плѣнные? Пусть платятъ за свой страхъ.
Что вызволять овецъ намъ изъ загоновъ?
Въ пунійскихъ храмахъ самъ я видѣлъ на стѣнахъ
Прибитые штандарты легіоновъ!

Я видѣлъ связанныхъ – здоровыхъ, молодыхъ –
Смирившихся гражданъ – вчера свободныхъ!
Средь вражескихъ полей – затоптанныхъ, пустыхъ –
Вновь пахарей я видѣлъ беззаботныхъ!

А выкупленный трусъ – извѣстно съ давнихъ поръ –
Смѣлѣй въ бою героя троекратно,
Къ позору вы еще добавите разоръ,
Кто вылинялъ, цвѣтъ не вернетъ обратно!

Достоинство себѣ уже тотъ не вернетъ
Кто пережилъ позорное паденье,
Кто видѣлъ, чтобъ олень изъ порванныхъ тенетъ
Бѣжалъ не въ лѣсъ, а вновь на звукъ сраженья?

Врагу коварному покорно сдался въ плѣнъ,
Былъ связанъ разъ – уже ему не вѣрьте!
Въ другой войнѣ нельзя разрушить Карѳагенъ,
Честь потерявъ въ одной изъ страха смерти!

Какой позоръ сумѣть смѣшать войну и миръ –
Ужаснѣйшій, неслыханный донынѣ.
Проклятый Карѳагенъ! вознесся твой кумиръ,
На римской вставъ безславнѣйшей руинѣ!»

Проговорилъ он то, и взоръ свой опустивъ,
Какъ всѣмъ чужой изгнанникъ нелюдимый,
Самъ вышелъ изъ толпы, въ молчаньи отстранивъ
Дѣтей своихъ рукой неумолимой.

Такъ краснорѣчіемъ онъ убѣдилъ сенатъ,
Склонивъ его къ великому рѣшенью,
И смѣло въ дальній плѣнъ отправился назадъ,
Презрѣвъ семьи стенанья и моленья.

Онъ зналъ безтрепетно, что ждетъ его палачъ
И варварски мучительныя пытки,
Но удержать его – былъ горекъ общій плачъ! –
Не удались послѣднія попытки.

Онъ на патриція скорѣе походилъ,
Что, отпустивъ докучнаго кліента,
Уставъ отъ трудныхъ дѣлъ, все позабывъ, спѣшилъ
Въ свой милый домъ въ окрестностяхъ Тарента.

VI

Delicta maiorum inmeritus lues,
Romane, donec templa refeceris
  aedisque labentis deorum et
    foeda nigro simulacra fumo.

dis te minorem quod geris, imperas.
hinc omne principium, huc refer exitum:
  di multa neglecti dederunt
    Hesperiae mala luctuosae.

iam bis Monaeses et Pacori manus
inauspicatos contudit impetus
  nostros et adiecisse praedam
    torquibus exiguis renidet;

paene occupatam seditionibus
delevit urbem Dacus et Aethiops,
  hic classe formidatus, ille
    missilibus melior sagittis.

fecunda culpae saecula nuptias
primum inquinavere et genus et domos:
  hoc fonte derivata clades
    in patriam populumque fluxit.

motus doceri gaudet Ionicos
matura virgo et fingitur artibus
  iam nunc et incestos amores
    de tenero meditatur ungui.

mox iuniores quaerit adulteros
inter mariti vina neque eligit
  cui donet inpermissa raptim
    gaudia luminibus remotis,

sed iussa coram non sine conscio
surgit marito, seu vocat institor
  seu navis Hispanae magister,
    dedecorum pretiosus emptor.

non his iuventus orta parentibus
infecit aequor sanguine Punico
  Pyrrhumque et ingentem cecidit
    Antiochum Hannibalemque dirum,

sed rusticorum mascula militum
proles, Sabellis docta ligonibus
  versare glaebas et severae
    matris ad arbitrium recisos

portare fustis, sol ubi montium
mutaret umbras et iuga demeret
  bubus fatigatis, amicum
    tempus agens abeunte curru.

damnosa quid non inminuit dies?
aetas parentum peior avis tulit
  nos nequiores, mox daturos
    progeniem vitiosiorem.

III. VI

Пускай ни въ чемъ ты не виновенъ самъ,
О римлянинъ, но дѣдовъ преступленья
Всѣ на тебѣ, пока въ руинахъ – храмъ,
И въ копоти – боговъ изображенья.

Служи богамъ, и сможешь первымъ быть.
У нихъ – вѣнецъ, они – всему начало.
Посмѣемъ ли опять о нихъ забыть?
Ужели бѣдъ намъ показалось мало?

Мы на парѳянъ пошли, богамъ не внявъ,
И дважды мы въ походѣ многотрудномъ
Разбиты въ прахъ, и персъ, трофеи взявъ,
Добавилъ ихъ къ своимъ пожиткамъ скуднымъ.

За бунтомъ бунтъ несчастный Римъ терпѣлъ,
Съ успѣшнымъ онъ столкнись переворотомъ –
И рухнулъ бы подъ градомъ дакскихъ стрѣлъ,
Египетскимъ сожженъ былъ мощнымъ флотомъ.

Преступный вѣкъ! Тобою растлены
Роды, дома, запятнаны и браки,
Всѣ бѣдствія – тобой порождены,
Ты родину сокрылъ въ нависшем мракѣ.

Плясать нагой и извиваться всласть
Научена дѣвчонка похотливо,
Нечистую воображаетъ страсть
Ужъ сызмальства, горя нетерпѣливо.

Матроною – открыто, за столомъ,
Гдѣ мужъ сидитъ, отыщетъ помоложе
Любовника, и съ нимъ идетъ потомъ,
По знаку лишь, при всѣхъ гостяхъ на ложѣ,

А сводникъ– мужъ въ сторонкѣ тихо ждетъ
– Все знает онъ и въ стачкѣ съ нею вмѣстѣ –
Чтобъ заплатилъ испанскій мореходъ
Или купецъ ей щедро за безчестье.

Не отъ такихъ отцовъ произошли
Тѣ, кто моря пунійцевъ кровью алой
Покрасили, пароянъ превозмогли,
И грознаго разбили Ганнибала.

Отъ поселянъ ихъ родъ произошелъ
Умѣвшихъ лишь одной мотыгой легкой
Всѣ раздробить на полѣ глыбы, стволъ
Толстенный вразъ срубить, затѣмъ веревкой

Связать дрова и затащить ихъ въ домъ,
Когда имъ то прикажетъ мать ихъ строго,
Быковъ распрячь усталыхъ и потомъ
Ждать темноты у отчего порога.

Все сокрушитъ временъ грядущихъ ходъ,
Ничтоженъ былъ отецъ въ сравненьи съ дѣдомъ,
Но какъ ни плохъ теперь нашъ жалкій родъ
Насъ худшіе – идутъ за нами слѣдомъ.

VII

Quid fles, Asterie, quem tibi candidi
primo restituent vere Favonii
  Thyna merce beatum,
    constantis iuvenem fide

Gygen? ille Notis actus ad Oricum
post insana Caprae sidera frigidas
  noctis non sine multis
    insomnis lacrimis agit.

atqui sollicitae nuntius hospitae,
suspirare Chloen et miseram tuis
  dicens ignibus uri,
    temptat mille vafer modis.

ut Proetum mulier perfida credulum
falsis inpulerit criminibus nimis
  casto Bellerophontae
    maturare necem refert,

narrat paene datum Pelea Tartaro,
Magnessam Hippolyten dum fugit abstinens,
  et peccare docentis
    fallax historias movet,

frustra: nam scopulis surdior Icari
voces audit adhuc integer. at tibi
  ne vicinus Enipeus
    plus iusto placeat cave,

quamvis non alius flectere equum sciens
aeque conspicitur gramine Martio
  nec quisquam citus aeque
    Tusco denatat alveo.

prima nocte domum claude neque in vias
sub cantu querulae despice tibiae
  et te saepe vocanti
    duram difficilis mane.

III. VII

Астерія, что ты? Повѣетъ весною –
Из-за моря вѣрный воротится Гигъ
Съ виѳинскимъ товаромъ, богатой казною,
Не плачь же – ты снишься ему въ этотъ мигъ.

Взошла Амалѳея, безжалостный южный
На сѣверъ къ Эпиру ихъ вѣтеръ занесъ,
На ложѣ холодномъ онъ въ полночи вьюжной
Недолго забылся средь горестныхъ слезъ.

Подосланъ къ нему былъ – безстыденъ и ловокъ –
Отъ Хлои гонецъ, чтобъ его убѣдить.
Придумала та уже сотни уловокъ,
Пылая, пытаясь его соблазнить.

Разсказывалъ тотъ про довѣрчивость Прета –
Воздержанный, посланъ имъ Беллерофонъ
Былъ въ битву съ Химерой по злому навѣту,
Въ которой чуть не былъ онъ насмерть сраженъ.

Про то, какъ Пелея, что Астидамею
Отвергъ, могъ Кентавръ ни за что погубить...

Умно-убѣдителенъ былъ онъ, умѣя
Къ паденью любого героя склонить.

Но тщетно! Внимательный только наружно
Былъ глухъ Гигъ, какъ камень и камня слепѣй.
Гляди же сама, чтобы больше чѣмъ нужно
Тебѣ не понравился вдругъ Энипей –

Всѣхъ всадниковъ лучше на марсовомъ полѣ
Онъ лошадью правитъ, къ тому же прибавь,
Что въ бѣшеномъ Тибрѣ обгонитъ всѣхъ, коли
Всѣ внизъ по теченію пустятся вплавь.

Пусть манитъ стенаньями жалобной флейты,
Пусть бродитъ подъ окнами ночь напролетъ,
Ты будь неприступна – и даже сумѣй ты
Стерпѣть, коль жестокой тебя назоветъ.

VIII

Martiis caelebs quid agam kalendis,
quid velint flores et acerra turis
plena miraris positusque carbo in
  caespite vivo,

docte sermones utriusque linguae:
voveram dulcis epulas et album
Libero caprum prope funeratus
  arboris ictu.

hic dies anno redeunte festus
corticem adstrictum pice dimovebit
amphorae fumum bibere institutae
  consule Tullo.

sume, Maecenas, cyathos amici
sospitis centum et vigiles lucernas
perfer in lucem: procul omnis esto
  clamor et ira.

mitte civilis super urbe curas:
occidit Daci Cotisonis agmen,
Medus infestus sibi luctuosis
  dissidet armis,

servit Hispanae vetus hostis orae
Cantaber sera domitus catena,
iam Scythae laxo meditantur arcu
  cedere campis.

neglegens, ne qua populus laboret,
parce privatus nimium cavere et
dona praesentis cape laetus horae:
linque severa.

III. VIII

По-гречески знатокъ и остраго ума ты
А все понять – зачѣмъ – не можешь ты никакъ
Средь мартовскихъ календъ возжегъ вдругъ ароматы
Сѣдой ужъ холостякъ?

Козленокъ Либеру обещанъ бѣлый мною
И пиръ безъ лишнихъ буйствъ – какъ онъ всегда любилъ,
Вѣдь чуть проклятый стволъ, что рухнулъ той весною,
Меня не погубилъ!

Однѣхъ со мною лѣтъ изъ погреба я выну
Завѣтное вино. Узнаемъ – каково,
Сорвавъ съ него печать сегодня въ годовщину
Спасенья моего.

Пей за спасеннаго все снова ты и снова,
О друже Меценатъ, хоть сотню чашъ подрядъ.
Забудемъ шумъ и гнѣвъ! До свѣта пусть дневного
Лампады догорятъ.

Излишнія оставь гражданскія заботы –
Былъ нами Котизонъ въ послѣдней битвѣ смятъ,
А у пароянъ теперь одни перевороты –
Вновь свергнутъ Тиридатъ.

Нашъ старый врагъ кантабръ, побѣдъ давно не знаетъ
И – наконецъ, плѣненъ – въ цѣпяхъ простерся ницъ.
И скиѳъ, ослабивъ лукъ, поспѣшно отступаетъ
Отъ сѣверныхъ границъ –

И неподъемный грузъ тревоги ежечасной,
Сложи хотя бъ на миг – опасность далеко,
И поживи чуть-чуть своею жизнью частной –
Бездумно и легко.

IX

Donec gratus eram tibi
  nec quisquam potior bracchia candidae
cervici iuvenis dabat,
  Persarum vigui rege beatior.

‘donec non alia magis
  arsisti neque erat Lydia post Chloen,
multi Lydia nominis
  Romana vigui clarior Ilia.’

me nunc Thressa Chloe regit,
  dulcis docta modos et citharae sciens,
pro qua non metuam mori,
  si parcent animae fata superstiti.

'me torret face mutua
  Thurini Calais filius Ornyti,
pro quo bis patiar mori,
  si parcent puero fata superstiti.'

quid si prisca redit Venus
  diductosque iugo cogit aeneo,
si flava excutitur Chloe
  reiectaeque patet ianua Lydiae?

'quamquam sidere pulcrior
  ille est, tu levior cortice et inprobo
iracundior Hadria,
  tecum vivere amem, tecum obeam lubens.'

III. IX

– Ты любила – было дѣло,
Выше щастья – я не зналъ,
И юнецъ-соперникъ смѣло
Плечъ твоихъ не обнималъ.

– Мнѣ – за Хлоей встать второю?
Воспылалъ ты страстью къ ней!
Первой римлянки съ тобою
Я всегда была славнѣй.

– Я съ ѳракійкой связанъ прочно,
За одну ея игру
На киѳарѣ – знаю точно –
Я съ охотою умру.

– Мнѣ съ турійцемъ сладкой жажды
Все никакъ не утолить,
Умерѣть готова дважды
Только бъ жизнь его продлить.

– Ну а если – предположимъ –
Хлою выставлю за дверь?
Что тогда? Мы развѣ можемъ
Все назадъ вернуть теперь?

– Вѣры нѣтъ тебѣ нисколько –
Золъ и бѣшенъ, какъ прибой.
Что турієцъ? Мнѣ бы только
Жить и умерѣть съ тобой.

X

Extremum Tanain si biberes, Lyce,
saevo nupta viro, me tamen asperas
porrectum ante foris obicere incolis
  plorares Aquilonibus.

audis, quo strepitu ianua, quo nemus
inter pulcra satum tecta remugiat
ventis et positas ut glaciet nives
  puro numine Iuppiter?

ingratam Veneri pone superbiam,
ne currente retro funis eat rota:
non te Penelopen difficilem procis
  Tyrrhenus genuit parens.

o quamvis neque te munera nec preces
nec tinctus viola pallor amantium
nec vir Pieria paelice saucius
  curvat, supplicibus tuis

parcas, nec rigida mollior aesculo
nec Mauris animum mitior anguibus:
non hoc semper erit liminis aut aquae
  caelestis patiens latus.

III.X

Пей из Дона ты отдаленнаго,
Будь ты скиѳа женой разъяреннаго,
Этотъ вѣтеръ услышавъ шальной,
Ты бы сжалилась надо мной.

Двери хлопаютъ, какъ безумныя,
Рощи гнутся кругомъ грозношумныя,
Самъ Юпитер меня гонитъ прочь –
Выпалъ снѣгъ ледяной въ эту ночь.

И твердятъ тебѣ двери, хлопая,
Родилася ты не Пенелопою,
Перетянешь – порвется леса
Не удержишь разбѣгъ колеса.

Ужъ намерзся тутъ въ полной мѣрѣ я,
Мужъ къ гетерѣ ушелъ из Піеріи,
Всѣ поклонники сникли въ мольбѣ –
Все ничто, неприступной, тебѣ.

Дуба тверже и терпѣливѣе
Злой песчаной змѣи ты изъ Ливіи.
Коль меня ты не впустишь къ утру
На твоемъ я порогѣ умру.

XI

Mercuri – nam te docilis magistro
movit Amphion lapides canendo –
tuque testudo resonare septem
  callida nervis,

nec loquax olim neque grata, nunc et
divitum mensis et amica templis:
dic modos, Lyde quibus obstinatas
  adplicet auris,

quae velut latis equa trima campis
ludit exsultim metuitque tangi
nuptiarum expers et adhuc protervo
  cruda marito.

tu potes tigris comitesque silvas
ducere et rivos celeres morari;
cessit immanis tibi blandienti
  ianitor aulae;

[Cerberus, quamvis furiale centum
muniant angues caput eius atque
spiritus taeter saniesque manet
  ore trilingui;]

quin et Ixion Tityosque voltu
risit invito; stetit urna paulum
sicca, dum grato Danai puellas
  carmine mulces.

audiat Lyde scelus atque notas
virginum poenas et inane lymphae
dolium fundo pereuntis imo
  seraque fata,

quae manent culpas etiam sub Orco:
inpiae – nam quid potuere maius? –,
inpiae sponsos potuere duro
  perdere ferro.

una de multis face nuptiali
digna periurum fuit in parentem
splendide mendax et in omne virgo
  nobilis aevom,

'surge' quae dixit iuveni marito,
'surge, ne longus tibi somnus unde
non times detur; socerum et scelestas
  falle sorores,

quae velut nactae vitulos leaenae
singulos eheu lacerant: ego illis
mollior nec te feriam neque intra
  claustra tenebo.

me pater saevis oneret catenis,
quod viro clemens misero peperci,
me vel extremos Numidarum in agros
  classe releget:

i pedes quo te rapiunt et aurae,
dum favet nox et Venus, i secundo
omine et nostri memorem sepulcro
  scalpe querellam.'

III. XI

На лирѣ Амфіонъ игралъ
Тобой, Меркурій, наученный
И камень въ кладку самъ вставалъ,
Завороженный.

Но струны безъ тебя, однѣ
Безсмысленны и безголосы.
Для Лиды пѣсню дай ты мнѣ
Златоволосой.

Трехлѣтка-кобылица въ глушь
Бѣжитъ – играть въ завѣтномъ логѣ,
Но, пылкій, странно страшенъ мужъ
Ей – недотрогѣ.

О, Лира, ты могла увлечь
Лѣса въ походъ, переставали
Ручьи, тебя заслышавъ, течь,
Вѣтра стихали.

Подъ лаской звуковъ умѣрялъ
Свой рыкъ самъ Керберъ грозногнѣвный
И, стражъ тѣней, тебѣ вилялъ
Хвостомъ, тризѣвный.

Ты пѣла – радовались всѣ:
Смѣялся Титій противъ воли,
И Иксіонъ на колесѣ
Не чуялъ боли.

Припомнивъ кару Данаидъ,
Не будь же, Лида, ихъ злонравнѣй!
Все бочка ихъ пустой стоитъ –
Не видно дна въ ней.

Тѣ, сорокъ девять взявъ ножей,
Про наказаніе забыли –
Безъ всякой жалости мужей
Своихъ убили.

Клятвопреступнаго отца
Одна лишь провела лукаво –
За то достойная вѣнца
И громкой славы.

«Проснись, не то заснешь навѣкъ! –
Шепнула мужу молодому –
Хочу, чтобъ смерти ты избѣгъ,
Бѣги из дому!

Зятья мои лежатъ въ крови –
Жестокимъ львицамъ быть сестрою!
Но я нѣжнѣй ихъ – изъ любви
Я дверь открою.

Пусть въ ссылку шлетъ отецъ, губя,
И ждетъ меня пустыня злая
Въ Нумидіи – зато тебя
Уберегла я!

И, милостью Венеры живъ,
Прославь мой подвигъ въ странахъ дальныхъ,
На гробъ мнѣ надпись сочинивъ
Въ стихахъ печальныхъ!»

XII

Miserarum est neque amori dare ludum neque dulci
mala vino lavere, aut exanimari
metuentis patruae verbera linguae.

tibi qualum Cythereae puer ales, tibi telas
operosaeque Minervae studium aufert,
Neobule, Liparaei nitor Hebri,

simul unctos Tiberinis umeros lavit in undis,
eques ipso melior Bellerophonte,
neque pugno neque segni pede victus,

catus idem per apertum fugientis agitato
grege cervos iaculari et celer arto
latitantem fruticeto excipere aprum.

III. XII

Никого не полюбишь, и вина не пригубишь –
Дядя высмотритъ и осмѣетъ:
Взаперти Необула живетъ.

Но корзинку для пряжи ты уронишь и даже
Всю работу утянетъ изъ рукъ
Влажной пѣны проказливый внукъ,

Лишь увидишь, какъ воинъ, горделиво спокоенъ,
Въ воды Тибра по поясъ зайдетъ,
Смоетъ масла и бронзой сверкнетъ.

Вепря приметъ на пику, скачку вынеся дику,
Лань догонитъ, что вѣтеръ степной.
Хуже всадникъ его – Гиппоной.

XIII

O fons Bandusiae, splendidior vitro,
dulci digne mero non sine floribus,
cras donaberis haedo,
cui frons turgida cornibus

primis et venerem et proelia destinat –
frustra, nam gelidos inficiet tibi
rubro sanguine rivos
lascivi suboles gregis.

te flagrantis atrox hora Caniculae
nescit tangere, tu frigus amabile
fessis vomere tauris
praebes et pecori vago.

fies nobilium tu quoque fontium
me dicente cavis inpositam ilicem
saxis, unde loquaces
lymphae desiliunt tuae.

III. XIII

Фонтанъ Бандузіи, прозрачнѣе стекла!
Тебѣ – вѣнки, вино – изысканно и тонко –
А завтра ты еще получишь въ даръ козленка,
Чтобъ въ твой потокъ его младая кровь стекла.

Набухли бугорки на лбу, какъ обѣщанье
Любви и жаркихъ битвъ – могучихъ двухъ роговъ,
Утѣха страстныхъ козъ, гроза своихъ враговъ –
Увы – приговоренъ, и завтра – разставанье.

Восходитъ Сиріусъ, сжигаетъ все вокругъ
Несносная жара, а ты даришь прохладу
Въ лугахъ вокругъ тебя блуждающему стаду,
Забывшему на часъ яремъ и тяжкій плугъ.

Вѣчнозеленый дубъ я воспою стоящій
Тамъ наверху скалы, гдѣ из пещеры бьетъ
Источникъ сладостный болтливошумныхъ водъ,
И послужу твоей безсмертной славѣ вящей.

XIV

Herculis ritu modo dictus, o plebs,
morte venalem petiisse laurum
Caesar Hispana repetit penatis
victor ab ora.

unico gaudens mulier marito
prodeat iustis operata sacris
et soror clari ducis et decorae
supplice vitta

virginum matres iuvenumque nuper
sospitum; vos, o pueri et puellae
iam virum expertae, male nominatis
parcite verbis.

hic dies vere mihi festus atras
exiget curas: ego nec tumultum
nec mori per vim metuam tenente
Caesare terras.

i pete unguentum, puer, et coronas
et cadum Marsi memorem duelli,
Spartacum siqua potuit vagantem
fallere testa.

dic et argutae properet Neaerae
murreum nodo cohibere crinem:
si per invisum mora ianitorem
fiet – abito.

lenit albescens animos capillus
litium et rixae cupidos protervae:
non ego hoc ferrem calidus iuventa
consule Planco.

III. XIV

Шелъ слухъ межъ народа недавно:
«Знать, Кесарь Гераклу вослѣдъ
Лавръ выкупилъ гибелью славной –
Давно его нѣтъ!»

Но онъ изъ далекой Испаньи
Вернулся къ Пенатамъ своимъ –
И всюду кругомъ ликованье
И жертвенный дымъ!

Своихъ вновь обрѣтшіе – рады,
А вы, не обрѣтшіе ихъ,
Сдержитесь, смолчите – не надо
Намъ знаковъ дурныхъ.

И свѣтлому радуясь чуду,
Я знаю: разъ Римъ нашъ стоитъ,
И Кесарь у власти – не буду
Толпой я убитъ.

Бѣги за амфорой! Унылыхъ
Предчувствій разсѣялся мракъ!
Нашлась? Знать, не всѣ перебилъ ихъ
Бродяга Спартакъ!

Но гдѣ же Неэра-певица?
Бѣги теперь къ ней, постучись.

Но коль ея стражъ разозлится –
Назадъ воротись.

Стерпѣлъ бы я раньше такое –
При Планкѣ, какъ былъ молодой!
– Нѣтъ вещи дороже покоя
Когда ты сѣдой.

XV

Vxor pauperis Ibyci,
  tandem nequitiae fige modum tuae
famosisque laboribus;
  maturo propior desine funeri

inter ludere virgines
  et stellis nebulam spargere candidis.
non, siquid Pholoen satis,
  et te, Chlori, decet: filia rectius

expugnat iuvenum domos,
  pulso Thyias uti concita tympano.
illam cogit amor Nothi
  lascivae similem ludere capreae:

te lanae prope nobilem
  tonsae Luceriam, non citharae decent
nec flos purpureus rosae
  nec poti vetulam faece tenus cadi.

III. XV

Тише, Хлора, тише! чтобы
Ивикъ, бѣдный мужъ, вздохнулъ,
Укротить слегка попробуй
Знаменитый свой разгулъ.

Смерть уже близка, доколѣ
Ночи цѣлы напролетъ
Буйствовать? Что можно Фолѣ,
Старой Хлорѣ ужъ нейдетъ.

Нѣтъ, теперь подъ звукъ тимпана
Дочери твоей плясать,
Ей чередъ вакханкой пьяной
Юныхъ фавновъ соблазнять.

Прочь за прялку! Мѣсто старой –
Рядомъ съ кипами руна.
Поздно ей бряцать киѳарой,
Чаши осушать до дна.

XVI

Inclusam Danaen turris aenea
robustaeque fores et vigilum canum
tristes excubiae munierant satis
  nocturnis ab adulteris,

si non Acrisium virginis abditae
custodem pavidum Iuppiter et Venus
risissent: fore enim tutum iter et patens
  converso in pretium deo.

aurum per medios ire satellites
et perrumpere amat saxa potentius
ictu fulmineo; concidit auguris
  Argivi domus ob lucrum

demersa exitio; diffidit urbium
portas vir Macedo et subruit aemulos
reges muneribus; munera navium
  saevos inlaqueant duces.

crescentem sequitur cura pecuniam
maiorumque fames: iure perhorrui
late conspicuum tollere verticem,
  Maecenas, equitum decus.

quanto quisque sibi plura negaverit,
ab dis plura feret: nil cupientium
nudus castra peto et transfuga divitum
  partis linquere gestio,

contemptae dominus splendidior rei,
quam si quidquid arat inpiger Apulus
occultare meis dicerer horreis,
  magnas inter opes inops.

purae rivos aquae silvaque iugerum
paucorum et segetis certa fides meae
fulgentem imperio fertilis Africae
  fallit sorte beatior.

quamquam nec Calabrae mella ferunt apes
nec Laestrygonia Bacchus in amphora
languescit mihi nec pinguia Gallicis
  crescunt vellera pascuis,

inportuna tamen pauperies abest
nec, si plura velim, tu dare deneges.
contracto melius parva cupidine
  vectigalia porrigam,

quam si Mygdoniis regnum Alyattei
campis continuem. multa petentibus
desunt multa: bene est cui deus obtulit
  parca quod satis est manu.

III. XVI

Даная въ суровомъ затворѣ
И къ ней не пробраться никакъ,
Тяжелая дверь на запорѣ,
И стая собакъ

Безсонно ее охраняетъ –
Но Тучегонитель стремглавъ
Кладъ дѣвства ея похищаетъ,
Вдругъ золотомъ ставъ!

Вѣдь злато, охрану минуя,
И въ мѣдную башню войдетъ,
Проникнувъ сквозь стѣну такую,
Что громъ не пробьетъ.

Имъ самъ Македонецъ калитки
Отъ вражескихъ царствъ отпиралъ.
Менасовъ корабль, какъ на ниткѣ,
За нимъ уплывалъ.

Наполнимъ мошну мы до края –
Заботы насъ обременятъ.
Я голову не задираю,
Мой друг, Меценатъ:

Чѣмъ въ жизни мы меньшаго ищемъ,
Тѣмъ боги щедрѣе порой –
Отринувъ богатство, я къ нищимъ
Спускаюсь, нагой.

Довольствуюсь долею скромной –
Я сталъ бы намного бѣднѣй
Сгреби я въ свой погребъ огромный
Зерно всѣхъ полей

Апуліи трудолюбивой –
Ручей и лѣсокъ, но зато –
Всей Африки тучныя нивы
Предъ этимъ – ничто.

Не мой – калабрійской равнины
Медовый душистѣйшій сборъ,
Не мнѣ предназначены вина
Формійскихъ амфоръ.

От голода не умираю –
Въ бѣдѣ же – тебя позову.
Желанья свои умѣряя
Я лучше живу,

Чем Крезъ. Безмятежно-счастливый
Богами умно я хранимъ:
Даютъ мнѣ рукой бережливой –
По нуждамъ моимъ.

XVII

Aeli vetusto nobilis ab Lamo –
quando et priores hinc Lamias ferunt
  denominatos et nepotum
    per memores genus omne fastus

auctore ab illo ducit originem,
qui Formiarum moenia dicitur
  princeps et innantem Maricae
    litoribus tenuisse Lirim

late tyrannus – cras foliis nemus
multis et alga litus inutili
  demissa tempestas ab Euro
    sternet, aquae nisi fallit augur

annosa cornix. dum potes, aridum
conpone lignum; cras genium mero
  curabis et porco bimenstri
    cum famulis operum solutis.

III. XVII

Потомокъ славный лестригона!
Являлись предки всѣ твои
Недавно и во время оно
Средь древнихъ Ламіевъ семьи.

Вашъ прародитель грозный Ламій,
Чей Формій главный былъ оплотъ,
Былъ славенъ страшными дѣлами
Близъ топкихъ лирисскихъ болотъ.

Послушай, завтра вѣтеръ южный
Деревья отряхнетъ, устлавъ
Вокругъ листвою все ненужной,
Коль воронъ, дождь пророча, правъ.

Такъ хвороста, пока сухого,
Сбери – намъ завтра должно пить
И Генія родного крова
Обильной жертвою почтить.

XVIII

Faune, Nympharum fugientum amator,
per meos finis et aprica rura
lenis incedas abeasque parvis
  aequus alumnis,

si tener pleno cadit haedus anno
larga nec desunt Veneris sodali
vina creterrae, vetus ara multo
  fumat odore.

ludit herboso pecus omne campo,
cum tibi nonae redeunt Decembres;
festus in pratis vacat otioso
  cum bove pagus;

inter audacis lupus errat agnos,
spargit agrestis tibi silva frondes,
gaudet invisam pepulisse fossor
  ter pede terram.

III. XVIII

Фавна, всѣхъ нимфъ распугавшаго страстью
Я призываю, явись посреди
Нивъ моихъ, и – чтобъ ихъ скрыть отъ ненастья –
Всѣ обойди.

Въ жертву козленка лишь годъ завершится
Другу Венеры мы отдадимъ.
Вина пусть льются, пусть въ небѣ курится
Жертвенный дымъ.

Снова подходятъ декабрьскія ноны –
Въ полѣ ленивыя бродятъ стада
Грозныя тучи ушли съ небосклона –
Пусть навсегда.

Волкъ равнодушенъ къ кровавымъ охотамъ,
Только взъяренъ земледѣлъ молодой –
Въ землю, которой измучился, бьетъ онъ
Трижды ногой.

XIX

Quantum distet ab Inacho
  Codrus pro patria non timidus mori,
narras et genus Aeaci
  et pugnata sacro bella sub Ilio.

quo Chium pretio cadum
  mercemur, quis aquam temperet ignibus,
quo praebente domum et quota
  Paelignis caream frigoribus, taces.

da lunae propere novae,
  da noctis mediae, da, puer, auguris
Murenae. tribus aut novem
  miscentur cyathis pocula commodis?

qui Musas amat imparis,
  ternos ter cyathos attonitus petet
vates; tris prohibet supra
  rixarum metuens tangere Gratia

nudis iuncta sororibus:
  insanire iuvat... cur Berecyntiae
cessant flamina tibiae?
  cur pendet tacita fistula cum lyra?

parcentis ego dexteras
  odi: sparge rosas. audiat invidus
dementem strepitum Lycus
  et vicina seni non habilis Lyco.

spissa te nitidum coma,
  puro te similem, Telephe, Vespero
tempestiva petit Rhode:
  me lentus Glycerae torret amor meae.

III. XIX

Межъ Инахомъ и Кодріемъ какой тамъ минулъ срокъ,
И Эака потомство все – ты знаешь назубокъ.
Но въ полномъ ты невѣденьѣ почемъ у насъ вино
И гдѣ намъ въ этомъ холодѣ согрѣться суждено.
Такъ выпьемъ же скорѣе мы за новую луну
За полночь непроглядную, затѣмъ еще одну
За славнаго Лицинія, давай же говори
Разбавить сразу девять намъ иль для начала три?
Кто любитъ Музъ, тотъ девять пьетъ – на то онъ
и пѣвецъ,
А смирный служитъ Граціямъ: вотъ третья – и конецъ.
А я хочу безумствовать, гдѣ жъ флейты – вотъ вопросъ?
Сосѣдъ пусть злится скаредный – прольемъ мы
дождь изъ розъ.
Малютка Рода выросла – смотри не упусти!
А я за гордой Гликерой приговоренъ брести.

XX

Non vides, quanto moveas periclo,
Pyrrhe, Gaetulae catulos leaenae?
dura post paulo fugies inaudax
  proelia raptor,

cum per obstantis iuvenum catervas
ibit insignem repetens Nearchum,
grande certamen, tibi praeda cedat,
  maior an illi.

interim, dum tu celeris sagittas
promis, haec dentis acuit timendos,
arbiter pugnae posuisse nudo
  sub pede palmam

fertur et leni recreare vento
sparsum odoratis umerum capillis,
qualis aut Nireus fuit aut aquosa
  raptus ab Ida.

III. XX

Пирръ, какъ смогъ ты умудриться
Львенка выхватить у львицы?
Думалъ насмерть съ ней не биться –
Разъ теперь онъ твой?

Разъяренная несется,
Сквозь толпу юнцовъ прорвется:
Мой Неархъ! И кровь прольется,
Страшенъ будетъ бой.

Стрѣлы острыя летали,
Львица выла, зубы скаля,
А Неархъ на пьедесталѣ
Царственно лежалъ.

И, надушенную гриву
По вѣтру пустивъ игриво,
Равнодушно и лѣниво
Битву наблюдалъ.

XXI

O nata mecum consule Manlio,
seu tu querellas sive geris iocos
  seu rixam et insanos amores
    seu facilem, pia testa, somnum,

quocumque lectum nomine Massicum
servas, moveri digna bono die
  descende Corvino iubente
    promere languidiora vina.

non ille, quamquam Socraticis madet
sermonibus, te neglegit horridus:
  narratur et prisci Catonis
    saepe mero caluisse virtus.

tu lene tormentum ingenio admoves
plerumque duro, tu sapientium
  curas et arcanum iocoso
    consilium retegis Lyaeo,

tu spem reducis mentibus anxiis
virisque et addis cornua pauperi
  post te neque iratos trementi
    regum apices neque militum arma.

te Liber et si laeta aderit Venus
segnesque nodum solvere Gratiae
  vivaeque producent lucernae,
    dum rediens fugat astra Phoebus.

III. XXI

Въ давнишнюю закупорена пору
При Манліи – ровесница моя! –
На чердакѣ покоилась амфора,
Любовный бредъ и легкій сонъ тая.

Но внизъ къ гостямъ она нисходитъ нынѣ
По горлышко массикскаго полна
Въ счастливый день потребовалъ Корвиній
Старѣйшаго и лучшаго вина.

Пусть мудростью пропитанъ ты Сократа –
Такимъ виномъ не сможешь пренебречь,
Вѣдь говорятъ, что имъ Катонъ когда-то
Любилъ въ себѣ гражданскій пылъ разжечь.

Оно легко своимъ насильемъ сладкимъ
Вмигъ размягчитъ и деревянный умъ,
Все разрешитъ путемъ нежданно краткимъ,
Откроетъ ходъ всѣхъ потаенныхъ думъ,

Въ отчаяньи вернетъ опять надежду,
Глотнувъ его, вдругъ станет смѣлъ и гордъ
Послѣдній трусъ: не дрогнетъ онъ и между
На смертный бой сходящихся когортъ.

Венера къ намъ да будетъ благосклонна!
Съ сатирами изъ всѣхъ лѣсовъ окрестъ
Мы пьемъ пока стрѣлами Аполлона
Прочь не смететъ съ небесъ остатки звѣздъ.

XXII

Montium custos nemorumque, virgo,
quae laborantis utero puellas
ter vocata audis adimisque leto,
diva triformis,

imminens villae tua pinus esto,
quam per exactos ego laetus annos
verris obliquom meditantis ictum
sanguine donem.

III. XXII

Дѣва-владычица горъ! Не умретъ
Трижды воззвавши къ тебѣ роженица.
Ликомъ тройная на помощь придетъ –
Смерть отдалится.

Зимнею жертвой тебѣ каждый годъ
Корни сосны, что всѣхъ выше въ той пущѣ,
Кровью своею кабанъ обольетъ
Наискось бьющій.

XXIII

Caelo supinas si tuleris manus
nascente Luna, rustica Phidyle,
si ture placaris et horna
fruge Lares avidaque porca,

nec pestilentem sentiet Africum
fecunda vitis nec sterilem seges
robiginem aut dulces alumni
pomifero grave tempus anno.

nam quae nivali pascitur Algido
devota quercus inter et ilices
aut crescit Albanis in herbis
victima, pontificum securis

cervice tinguet; te nihil attinet
temptare multa caede bidentium
parvos coronantem marino
rore deos fragilique myrto.

inmunis aram si tetigit manus,
non sumptuosa blandior hostia,
mollivit aversos Penatis
farre pio et saliente mica.

III. XXIII

Ночью въ деревнѣ въ безлунную пору
Ларамъ воздай потихоньку хвалы
И принеси поросенка-обжору,
Горстку зерна, благовонной смолы –

Тѣмъ ты спасешь виноградникъ отъ гнѣва
Африка злого; отъ хлада дрожа,
Стадо зимой не погибнетъ, посѣвы
Дружно взойдутъ и не тронетъ ихъ ржа.

Разъ уже тучное стадо воловье
Тамъ у подножья заснѣженныхъ горъ
Къ смерти готово и жертвенной кровью
Скоро упьется острый топоръ,

Ларамъ не нужно чрезмѣрно-обильной,
Но равнодушной жертвы твоей,
Миртъ съ розмариномъ и вовсе безсильны
Жертва богата – а толку-то въ ней?

Сразу Пенатовъ вражда умирится
Коли их чистой коснешься рукой,
Горсточка полбы и соли крупица –
Лучше богатой жертвы любой.

XXIV

Intactis opulentior
  thesauris Arabum et divitis Indiae
caementis licet occupes
  terrenum omne tuis et mare publicum:

si figit adamantinos
  summis verticibus dira Necessitas
clavos, non animum metu,
  non mortis laqueis expedies caput.

campestres melius Scythae,
  quorum plaustra vagas rite trahunt domos,
vivunt et rigidi Getae,
  inmetata quibus iugera liberas

fruges et Cererem ferunt
  nec cultura placet longior annua
defunctumque laboribus
  aequali recreat sorte vicarius.

illic matre carentibus
  privignis mulier temperat innocens
nec dotata regit virum
  coniunx nec nitido fidit adultero;

dos est magna parentium
  virtus et metuens alterius viri
certo foedere castitas,
  et peccare nefas, aut pretium est mori.

o quisquis volet inpias
  caedis et rabiem tollere civicam,
si quaeret pater urbium
  subscribi statuis, indomitam audeat

refrenare licentiam,
  clarus postgenitis, quatenus, heu nefas,
virtutem incolumem odimus,
  sublatam ex oculis quaerimus invidi.

quid tristes querimoniae,
  si non supplicio culpa reciditur,
quid leges sine moribus
  vanae proficiunt, si neque fervidis

pars inclusa caloribus
  mundi nec Boreae finitimum latus
durataeque solo nives
  mercatorem abigunt, horrida callidi

vincunt aequora navitae,
  magnum pauperies opprobrium iubet
quidvis et facere et pati
  virtutisque viam deserit arduae?

vel nos in Capitolium,
  quo clamor vocat et turba faventium,
vel nos in mare proximum
  gemmas et lapides aurum et inutile,

summi materiem mali,
  mittamus, scelerum si bene paenitet.
eradenda cupidinis
  pravi sunt elementa et tenerae nimis

mentes asperioribus
  formandae studiis. nescit equo rudis
haerere ingenuus puer
  venarique timet, ludere doctior,

seu Graeco iubeas trocho
  seu malis vetita legibus alea,
cum periura patris fides
  consortem socium fallat et hospites

indignoque pecuniam
  heredi properet. scilicet inprobae
crescunt divitiae, tamen
  curtae nescio quid semper abest rei.

III. XXIV

Своею казной
Сравнись съ аравійской,
Дворцами застрой
Весь брегъ Апулійскій –
Свой гвоздь Рокъ вобьетъ
В твой черепъ съ размаха,
Душа не уйдетъ
Отъ смертнаго страха.

Средь скиѳскихъ степей
Въ повозкахъ шатровыхъ,
Въ поляхъ безъ межей
У гетовъ суровыхъ
Жизнь лучше течетъ –
Вольно имъ въ ихъ полѣ:
Наслѣдникъ придетъ –
Все та жъ его доля.

При мачехѣ тамъ
Довольны сироты,
А брачнымъ четамъ
Безвѣстны срамоты:

Отцовскій завѣтъ –
Лишь вѣрность честная,
Нарушенъ обѣтъ –
Казнь будетъ двойная.

Воротишь ты намъ
Порядокъ незыблемъ –
«Отецъ городамъ»
Подъ статуей выбьемъ.
Но только потомъ –
Живыхъ мы не знаемъ,
Умрутъ – всемъ гуртомъ
Къ нимъ сразу взываемъ.

Что толку стенать,
Коль кара жестока
Должна подрѣзать
Самъ корень порока.
Бурь снѣжныхъ чреда
И жаръ по полгода
Сбивали ль когда
Съ пути морехода?

Рабомъ ли тщеты
В пути он страдаетъ?
Позоръ нищеты
Его подгоняетъ!
Не будетъ ли намъ
Разумнѣе что ли
Весь жемчугъ богамъ
Снести въ Капитолій?

На алчность сѣдыхъ
Не видно управы,
А у молодыхъ –
Изнѣженность нрава.

Иной размазня –
Лишь обручъ катаетъ,
Какъ взлезть на коня
Уже и не знаетъ.

Его же отецъ
Минутъ не теряетъ –
Обманомъ вконецъ
Друзей разоряетъ.
И жадность растетъ,
И алчность пылаетъ:
Богатства сочтетъ –
Опять не хватаетъ!

XXV

Quo me, Bacche, rapis tui
  plenum? quae nemora aut quos agor in specus
velox mente nova? quibus
  antris egregii Caesaris audiar

aeternum meditans decus
  stellis inserere et consilio Iovis?
dicam insigne, recens, adhuc
  indictum ore alio. non secus in iugis

exsomnis stupet Euhias
  Hebrum prospiciens et nive candidam
Thracen ac pede barbaro
  lustratam Rhodopen, ut mihi devio

ripas et vacuum nemus
  mirari libet. o Naiadum potens
Baccharumque valentium
  proceras manibus vertere fraxinos,

nil parvum aut humili modo,
  nil mortale loquar. dulce periculum est,
o Lenaee, sequi deum
  cingentem viridi tempora pampino.

III. XXV

Куда я, Вакхъ, тобой влекомъ
Послушный всѣмъ твоимъ велѣньям?
Въ какихъ горахъ, въ лѣсу какомъ
Исполнюсь новымъ вдохновеньемъ?

Въ какой пещерѣ буду пѣть
Я Кесаря безсмертну славу,
Прося средь звѣздъ его возсѣсть
Въ совѣтѣ вышнемъ величаво?

Неслыханную до сихъ поръ
Я пѣснь спою – и спозаранку
Увидитъ цѣпи снѣжныхъ горъ
Ошеломленная вакханка.

Брожу въ лѣсахъ, вдали дорогъ,
Дивлюся, Вакхъ, твоей я мощи,
Хотѣлъ бы – выкорчевать смогъ
Одной рукой ты эту рощу.

Нѣтъ низкаго въ моихъ стихахъ,
Съ невѣчнымъ – и не встану рядомъ:
Столь сладостный внушаетъ страхъ
Мнѣ богъ, увитый виноградомъ.

XXVI

Vixi puellis nuper idoneus
et militavi non sine gloria:
  nunc arma defunctumque bello
    barbiton hic paries habebit,

laevom marinae qui Veneris latus
custodit: hic, hic ponite lucida
  funalia et vectis et arcus
    oppositis foribus minacis.

o quae beatam diva tenes Cyprum et
Memphin carentem Sithonia nive,
  regina, sublimi flagello
    tange Chloen semel arrogantem.

III. XXVI

Дѣвушки долго мнѣ вѣдали цѣну,
Я возвращался отъ нихъ не безъ славы.
Сдалъ я оружье: повѣсилъ на стѣну
Въ храмѣ Венеры – отъ входа направо –

Свой барбитонъ столь призывно веселый,
Факелъ для тайной полночной охоты,
Лукъ мой любимый и ломикъ тяжелый,
Часто въ закрытыя бившій ворота.

Брось же, богиня, ты Мемфисъ безснѣжный,
Кипра далекаго берегъ священный,
Бичъ подыми и хлестни имъ по нѣжной
Кожѣ красавицы Хлои надменной.

XXVII

Inpios parrae recinentis omen
ducat et praegnans canis aut ab agro
rava decurrens lupa Lanuvino
  fetaque volpes;

rumpat et serpens iter institutum,
si per obliquom similis sagittae
terruit mannos. ego cui timebo
  providus auspex,

antequam stantis repetat paludes
imbrium divina avis imminentium,
oscinem corvum prece suscitabo
  solis ab ortu.

sis licet felix, ubicumque mavis,
et memor nostri, Galatea, vivas
teque nec laevos vetet ire picus
  nec vaga cornix.

sed vides, quanto trepidet tumultu
pronus Orion? ego quid sit ater
Hadriae novi sinus et quid albus
  peccet Iapyx.

hostium uxores puerique caecos
sentiant motus orientis Austri et
aequoris nigri fremitum et trementis
  verbere ripas.

sic et Europe niveum doloso
credidit tauro latus et scatentem
beluis pontum mediasque fraudes
  palluit audax.

nuper in pratis studiosa florum et
debitae Nymphis opifex coronae
nocte sublustri nihil astra praeter
  vidit et undas.

quae simul centum tetigit potentem
oppidis Creten, 'pater – o relictum
filiae nomen pietasque' dixit
  'victa furore!

unde quo veni? levis una mors est
virginum culpae. vigilansne ploro
turpe conmissum an vitiis carentem
  ludit imago

vana, quae porta fugiens eburna
somnium ducit? meliusne fluctus
ire per longos fuit an recentis
  carpere flores?

siquis infamem mihi nunc iuvencum
dedat iratae, lacerare ferro et
frangere enitar modo multum amati
  cornua monstri.

inpudens liqui patrios penates:
inpudens Orcum moror. o deorum
siquis haec audis, utinam inter errem
  nuda leones;

antequam turpis macies decentis
occupet malas teneraeque sucus
defluat praedae, speciosa quaero
  pascere tigris.

vilis Europe, pater urget absens,
quid mori cessas? potes hac ab orno
pendulum zona bene te secuta
  laedere collum.

sive te rupes et acuta leto
saxa delectant, age te procellae
crede veloci; nisi erile mavis
  carpere pensum

regius sanguis dominaeque tradi
barbarae paelex.' aderat querenti
perfidum ridens Venus et remisso
  filius arcu.

mox ubi lusit satis, 'abstineto'
dixit 'irarum calidaeque rixae,
cum tibi invisus laceranda reddet
  cornua taurus.

uxor invicti Iovis esse nescis.
mitte singultus; bene ferre magnam
disce fortunam: tua sectus orbis
  nomina ducet.'

III. XXVII

Пусть нечестивцамъ вслѣдъ брюхатая волчица,
Ощерясь, воетъ зло и рыжій пусть скулитъ
Лисиный выводокъ. Чтобъ вамъ не возвратиться! –
Пусть сычъ имъ прошипитъ.

Пускай же въ первый день, въ началѣ ихъ дороги,
Огромная змѣя, не видная средь травъ,
Косою молніей имъ ринется подъ ноги,
Коней перепугавъ.

Но если я боюсь за милаго кого-то,
То чернаго начну я ворона пытать
Иль птицу, что кричитъ изъ дальняго болота,
Чтоб дождь намъ предсказать.

Ты будешь счастлива въ любомъ краю – смѣлѣе
Плыви себѣ впередъ, куда глаза глядятъ,
И птицы вѣщія тебѣ, о Галатея
Пути не преградятъ!

Смотри внимательно, предсказываетъ бурю
Уже почти совсѣмъ зашедшій Оріонъ.
Я знаю, что таитъ в темнѣющей лазури,
Туманясь, небосклонъ.

Застигнутыя вдругъ, той бурѣ ужаснутся
Пусть жены вѣрныя опасныхъ намъ враговъ,
Пусть смотрятъ, нѣжныя, какъ волны грозно бьются
О камень береговъ.

Такъ нѣкогда съ быкомъ несясь по бурным волнамъ
Европа робкая совсѣмъ изнемогла
Въ кишащемъ хаосѣ, безмолвныхъ тварей полномъ,
Отъ страха вся бѣла.

Еще вчера въ лугахъ она подъ небомъ яснымъ
Затѣйливо вѣнки плела для нимфъ – и вотъ
Подъ звѣздами теперь плыветъ путемъ опаснымъ
Среди безбрежныхъ водъ.

Но только лишь она на твердый брегъ ступила,
Увидѣвъ предъ собой стоградый мощный Критъ, :
«Отец, въ безуміи себѣ я измѣнила! –
Въ отчаяньѣ кричитъ, –

Откуда я пришла? Иду теперь куда я?
Смерть – кара легкая для тяжкой столь вины,
Гдѣ, дѣвство потерявъ, очнулась вдругъ, рыдая?
Какіе злые сны,

Слоновой кости дверь открывъ, ко мнѣ явились
И, обманувъ меня, по волнамъ повлекли.
Как сладко было мнѣ – зачѣмъ они приснились! –
Отъ этихъ бѣдъ вдали!

Того быка сейчасъ я если бъ увидала
Убила сразу бы прельстителя-врага
И въ гнѣвѣ чудищу желѣзомъ обломала
Прекрасные рога.

Безстыдно бросила отцовскіе пенаты,
Безстыдно все еще я медлю умерѣть,
Пусть голой къ львам пойду, пусть ждетъ меня расплата –
Тамъ отъ стыда сгорѣть.

Покуда плоть моя изсохнуть не успѣла
И щеки полныя все розами цвѣтутъ,
И все прекрасна я – пусть тигры это тѣло
Когтями раздерутъ.

Отцовскій голосъ вдругъ я слышу отдаленный:
Вот ясень, что простеръ могучи вѣтви ввысь,
Къ нимъ крѣпко привяжи свой поясъ золоченый
И тотчасъ удавись!

А если вдругъ иной ты казни захотѣла
Средь пѣны выбери скалу ты поострѣй
И головою внизъ кидайся въ морѣ смѣло.
Не дочери царей

Для варваровъ служить послушною забавой!»
– Так плакала она, стеная и казнясь,
Но тут Венера къ ней явилась вдругъ, лукаво
Над бѣдною смѣясь.

И говоритъ: сейчасъ ужасный бykъ подставитъ
Тебѣ свой славный рогъ – не торопись ломать.
То самъ Юпитеръ былъ, что въ небѣ нами правитъ,
Теперь ты – можешь знать.

Ну – выше голову, конец твоей кручинѣ,
Женѣ Юпитера никакъ нельзя рыдать.
А именемъ твоимъ, Европа, мы отнынѣ
Часть свѣта будемъ звать.

XXVIII

Festo quid potius die
  Neptuni faciam? prome reconditum,
Lyde, strenua Caecubum
  munitaeque adhibe vim sapientiae.

inclinare meridiem
  sentis et, veluti stet volucris dies,
parcis deripere horreo
  cessantem Bibuli consulis amphoram?

nos cantabimus invicem
  Neptunum et viridis Nereidum comas:
tu curva recines lyra
  Latonam et celeris spicula Cynthiae:

summo carmine, quae Cnidon
  fulgentisque tenet Cycladas et Paphum
iunctis visit oloribus,
  dicetur merita Nox quoque nenia.

III. XXVIII

Лида, что мы дѣлать станемъ?
В день Нептуна надо пить –
Въ погребѣ вино достанемъ,
Умъ принудимъ все забыть.

Бибула временъ амфора!
Открывай ее, пора!
Вечеръ тянется нескоро –
Что жъ, какъ онъ, ты нескора?

Лира вторитъ чистымъ тономъ
Пьянымъ нашимъ голосамъ,
Мы поемъ хвалу зеленымъ
Нереиды волосамъ.

Пѣснь послѣднюю Кипридѣ
Мы, конечно, посвятимъ.
Ну а послѣ въ лучшемъ видѣ
Сну мы почесть отдадимъ.

XXIX

Tyrrhena regum progenies, tibi
non ante verso lene merum cado
  cum flore, Maecenas, rosarum et
    pressa tuis balanus capillis

iamdudum apud me est: eripe te morae,
ne semper udum Tibur et Aefulae
  declive contempleris arvom et
    Telegoni iuga parricidae.

fastidiosam desere copiam et
molem propinquam nubibus arduis:
  omitte mirari beatae
    fumum et opes strepitumque Romae.

plerumque gratae divitibus vices
mundaeque parvo sub lare pauperum
  cenae sine aulaeis et ostro
    sollicitam explicuere frontem.

iam clarus occultum Andromedae pater
ostendit ignem, iam Procyon furit
  et stella vesani Leonis
    sole dies referente siccos;

iam pastor umbras cum grege languido
rivomque fessus quaerit et horridi
  dumeta Silvani caretque
    ripa vagis taciturna ventis:

tu civitatem quis deceat status
curas et urbi sollicitus times,
  quid Seres et regnata Cyro
    Bactra parent Tanaisque discors.

prudens futuri temporis exitum
caliginosa nocte premit deus
  ridetque, si mortalis ultra
    fas trepidat. quod adest memento

conponere aequos: cetera fluminis
ritu feruntur, nunc medio alveo
  cum pace delabentis Etruscum
    in mare, nunc lapides adesos

stirpisque raptas et pecus et domos
volventis una, non sine montium
  clamore vicinaeque silvae,
    cum fera diluvies quietos

inritat amnis. ille potens sui
laetusque deget, cui licet in diem
  dixisse 'vixi'. cras vel atra
    nube polum pater occupato

vel sole puro; non tamen inritum
quodcumque retro est efficiet neque
  diffinget infectumque reddet
    quod fugiens semel hora vexit.

Fortuna saevo laeta negotio et
ludum insolentem ludere pertinax
  transmutat incertos honores,
    nunc mihi nunc alii benigna.

laudo manentem: si celeris quatit
pinnas, resigno quae dedit et mea
  virtute me involvo probamque
    pauperiem sine dote quaero.

non est meum, si mugiat Africis
malus procellis, ad miseras preces
decurrere et votis pacisci,
ne Cypriae Tyriaeque merces

addant avaro divitias mari:
tunc me biremis praesidio scaphae
tutum per Aegaeos tumultus
aura feret geminusque Pollux.

III.XXIX

Потомокъ царственнаго рода!
И нардъ и тонкое вино,
Что только лучше годъ отъ года,
Припасъ я для тебя давно.

Оставь же римскія красоты
И видъ привычный съ трехъ сторонъ
На эфулійскія высоты,
Тибуръ и дальній Телегонъ.

Оставь ты града шумъ всегдашній,
Снованье, роскошь, тѣсноту,
Что съ нововыстроенной башни
Смотрѣть на эту суету?

Богатымъ, перемѣны ради,
Лачугу можно посѣтить,
Морщины на челѣ разгладя,
Трапезу скромну раздѣлить.

Уже зажглись огни Цефея,
И показался Проціонъ.

И Солнце-Левъ, жарою вѣя,
Взошло, взъярясь, на небосклонъ.

Сомлѣло стадо въ полѣ. Чтобы
Отъ зноя скрыться, пастухи
Бѣгутъ въ сильвановы чащобы,
Нѣтъ вѣтра, рѣки всѣ тихи.

Лишь ты – въ сомнѣньяхъ неустанныхъ.
Какъ должно Риму поступать?
Какъ отражать парѳянъ нежданныхъ?
Какъ дальнихъ серовъ усмирять?

Но будущее осторожно
Сокрыли боги ото всѣхъ.
Узнать его намъ невозможно –
Съ Олимпа слышенъ только смѣхъ.

Заботься лишь о настоящемъ
И съ мудростью его устрой,
Пускай потокомъ злокипящимъ
Летитъ грядущее порой

Влекомо бурнымъ наводненьемъ,
Пусть дней обычныхъ череда
Проходитъ медленнымъ теченьемъ
И таетъ въ морѣ безъ слѣда.

Прошедшимъ днемъ лишь тотъ доволенъ,
Кто могъ «я жилъ!» себѣ сказать.
Назавтра богъ всемощный воленъ
Любыя бездны разверзать,

Но прошлое – внѣ всякой власти.
Его уже не измѣнить.

Намъ не отнять былого счастья
Небывшаго – не сочинить.

Фортуна тѣшится игрою
Всегда капризною и злой:
Сегодня – ласкова со мною,
А завтра ей милѣй другой.

Я все пріемлю благодарно,
Когда она щедра втройнѣ.
Пускай измѣнитъ вдругъ коварно –
И малаго довольно мнѣ.

Мнѣ чуждъ купца нещастный жребій
Предъ каждой бурей трепетать,
Молить боговъ на грозномъ небѣ
Богатствъ его не отнимать.

Въ двухвесельной скорлупкѣ скромной
Я смѣло въ морѣ выхожу,
Съ весельемъ ночью самой темной
На звѣзды свѣтлыя гляжу.

XXX

Exegi monumentum aere perennius
regalique situ pyramidum altius,
quod non imber edax, non aquilo impotens
possit diruere aut innumerabilis

annorum series et fuga temporum.
non omnis moriar multaque pars mei
vitabit Libitinam: usque ego postera
crescam laude recens, dum Capitolium

scandet cum tacita virgine pontifex:
dicar, qua violens obstrepit Aufidus
et qua pauper aquae Daunus agrestium
regnavit populorum, ex humili potens

princeps Aeolium carmen ad Italos
deduxisse modos. sume superbiam
quaesitam meritis et mihi Delphica
lauro cinge volens, Melpomene, comam.

III. XXX

Трудъ оконченъ мой. Статуи мѣдной прочнѣе
То, что создалъ я, выше любыхъ пирамидъ.
Пусть шумитъ Аквилонъ и пускай, леденѣя,
Вѣчность тянется – памятникъ мой устоитъ.

Либитины бѣжитъ то, что истинно мною
И звалося одно – и еще прирастетъ,
Буду славенъ покуда съ весталкой нѣмою
Къ Капитолію жрецъ по ступенямъ идетъ.

Скажутъ пусть обо мнѣ: перелилъ онъ впервые
Эолійскія пѣсни въ родную латынь.
Далъ онъ музыку намъ и потоки живые
Потекли посреди нашихъ сельскихъ пустынь.

Родомъ низокъ, я къ высямъ вознесся изъ тлѣна,
По заслугамъ моимъ и по волѣ своей,
Возгордившись поэтомъ такимъ, Мельпомена,
Лавромъ пышнымъ меня увѣнчай поскорѣй.

LIBER

КНИГА ЧЕТВЕРТАЯ

QVARTVS

I

Intermissa, Venus, diu
  rursus bella moves? parce precor, precor.
non sum qualis eram bonae
  sub regno Cinarae. desine, dulcium

mater saeva Cupidinum,
  circa lustra decem flectere mollibus
iam durum imperiis; abi,
  quo blandae iuvenum te revocant preces.

tempestivius in domum
Pauli purpureis ales oloribus
comissabere Maximi,
  si torrere iecur quaeris idoneum.

namque et nobilis et decens
  et pro sollicitis non tacitus reis
et centum puer artium
  late signa feret militiae tuae,

et quandoque potentior
  largi muneribus riserit aemuli,
Albanos prope te lacus
  ponet marmoream sub trabe citrea.

illic plurima naribus
  duces tura lyraque et Berecyntia
delectabere tibia
  mixtis carminibus non sine fistula;

illic bis pueri die
  numen cum teneris virginibus tuum
laudantes pede candido
  in morem Salium ter quatient humum.

me nec femina nec puer
  iam nec spes animi credula mutui
nec certare iuvat mero
  nec vincire novis tempora floribus.

sed cur heu, Ligurine, cur
  manat rara meas lacrima per genas?
cur facunda parum decoro
  inter verba cadit lingua silentio?

nocturnis ego somniis
  iam captum teneo, iam volucrem sequor
te per gramina Martii
  campi, te per aquas, dure, volubilis.

IV. I

За старое, Венера, снова?
Прости меня, прости – свое отвоевалъ!
Поди-ка поищи другого –
А я давно не тотъ, что съ Кинарой бывалъ.

Страстей жестокихъ мать! Не мужу
Пятидесяти лѣтъ сгибаться предъ тобой,
Я кротости не обнаружу –
Ступай къ молоденькимъ, что жадно рвутся въ бой,

Хоть къ Павлу Максиму. Какая
Гостепріимнѣй грудь для страсти въ наши дни?
Такъ выбери его. Сверкая,
Лебедекрылая, его воспламени!

Онъ вышелъ статью, благороденъ,
Въ судѣ краснорѣчивъ и убѣдитъ легко,
Онъ – къ сотнѣ дѣлъ иныхъ пригоденъ –
Твой стягъ воинственный продвинетъ далеко,

И всѣхъ соперниковъ влюбленныхъ,
Смѣяся, побѣдитъ роскошествомъ щедротъ,
Подъ сѣнію деревъ лимонныхъ
Воздвигнувъ идолъ твой вблизи Албанскихъ водъ.

И тамъ, вдыхая ароматы,
Средь стройныхъ звуковъ флейтъ и берекинтскихъ лиръ,
Очарованіемъ объятый
Чудесно оживетъ твой мраморный кумиръ.

Юнцы и дѣвы оробѣлы
Смиренно притекутъ твой истуканъ хвалить,
Какъ саліи, ногою бѣлой
Трикраты по землѣ, приплясывая, бить.

Не милы мнѣ онѣ. Не вѣрю
Отвѣтной страсти ихъ – для нихъ я слишкомъ старъ,
Вѣнка къ главѣ я не примѣрю,
Горчитъ мое вино, остылъ любовный жаръ.

Но рѣчь моя вдругъ замолкаетъ,
Зачѣмъ, мой Лигуринъ? Откуда? – не пойму –
Вдругъ по щекѣ слеза стекаетъ,
Ко всѣмъ замѣтному смущенью моему.

Жестокъ ко мнѣ ты въ сновидѣньи,
Когда я слѣдую, угрюмой страсти полнъ,
Повсюду за летучей тѣнью –
На полѣ марсовомъ, среди бѣгущихъ волнъ.

II

Pindarum quisquis studet aemulari,
Iulle, ceratis ope Daedalea
nititur pinnis, vitreo daturus
  nomina ponto.

monte decurrens velut amnis, imbres
quem super notas aluere ripas,
fervet inmensusque ruit profundo
  Pindarus ore,

laurea donandus Apollinari,
seu per audacis nova dithyrambos
verba devolvit numerisque fertur
  lege solutis,

seu deos regesque canit, deorum
sanguinem, per quos cecidere iusta
morte Centauri, cecidit tremendae
  flamma Chimaerae,

sive quos Elea domum reducit
palma caelestis pugilemve equomve
dicit et centum potiore signis
  munere donat,

flebili sponsae iuvenemve raptum
plorat et viris animumque moresque
aureos educit in astra nigroque
  invidet Orco.

multa Dircaeum levat aura cycnum,
tendit, Antoni, quotiens in altos
nubium tractus: ego apis Matinae
  more modoque,

grata carpentis thyma per laborem
plurimum, circa nemus uvidique
Tiburis ripas operosa parvos
  carmina fingo.

concines maiore poeta plectro
Caesarem, quandoque trahet ferocis
per sacrum clivum merita decorus
  fronde Sygambros,

quo nihil maius meliusve terris
fata donavere bonique divi
nec dabunt, quamvis redeant in aurum
  tempora priscum;

concines laetosque dies et urbis
publicum ludum super inpetrato
fortis Augusti reditu forumque
  litibus orbum.

tum meae, si quid loquar audiendum,
vocis accedet bona pars et 'o sol
pulcer, o laudande' canam recepto
  Caesare felix.

teque, dum procedis, io Triumphe,
non semel dicemus, io Triumphe,
civitas omnis dabimusque divis
  tura benignis.

te decem tauri totidemque vaccae,
me tener solvet vitulus, relicta
matre qui largis iuvenescit herbis
  in mea vota,

fronte curvatos imitatus ignis
tertium lunae referentis ortum,
qua notam duxit, niveus videri,
  cetera fulvus.

IV. II

О Юллъ, мнѣ съ Пиндаромъ равняться –
На крыльяхъ восковыхъ летать
И дерзко къ солнцу приближаться,
Чтобъ имя морю дать.

Дождемъ питаемъ, разъяренный,
Бурля, несется съ горъ потокъ.
Клокочетъ Пиндаръ вдохновенный,
Но скрытъ его истокъ.

Вѣнка достоинъ Аполлона –
Находкой скрась онъ строгій ямбъ,
Иль сочини въ обходъ закона
Свободный диѳирамбъ,

Пой онъ боговъ или героя,
Въ чьихъ жилахъ кровь боговъ течетъ,
Что, всѣхъ кентавровъ упокоя,
Химеру вслѣдъ убьетъ,

Иль драгоцѣнной пѣсней славь онъ
Приходъ кулачнаго бойца,
Что съ Игръ вернулся, богоравенъ,
Подъ сѣнію вѣнца,

Иль, къ Орку черному ревнуя,
Превозноси онъ до небесъ,

Юнца, невѣсту что младую
Оставилъ среди слезъ.

Диркейскій лебедь раскрываетъ
Крыла – и вѣтеръ верховой
Съ нимъ сразу къ облакамъ взмываетъ,
А я простой пчелой

Свой медъ ищу въ лугахъ тимьянныхъ,
Простой поэтъ, смиренно тихъ,
Въ трудахъ тяжелыхъ, неустанныхъ
Отдѣлываю стихъ.

Твой плектръ, мой Юллъ, куда звучнѣе,
Такъ пой же, чудной силы полнъ,
Какъ Кесарь нашъ враговъ за шеи
Волочитъ вверхъ на холмъ.

Не нужно дара намъ другого,
Намъ Кесарь посланъ добротой
Боговъ безмѣрною, и снова
Вѣкъ Рима – золотой.

Вернулся Августъ, Форумъ мало
Подъ тяжбы занятъ, слышенъ гулъ
Народныхъ игрищъ, знать, пристало
Тебѣ воспѣть ихъ, Юллъ.

Въ мѣстахъ особо важныхъ, дабы
Усилить мощный голосъ твой,
Свой голосокъ – пускай и слабый –
Добавлю я порой.

Приходитъ Кесарь, и трикраты
Вскричитъ – Io Triumphe! – градъ,

Восходятъ къ небу ароматы,
И алтари горятъ

И жертвы ждутъ, и за тобою
Мой Юллъ, десятка два коровъ –
Я самъ теленка для убоя
Отдать почти готовъ,

Чьи рожки мѣсяцъ повторяютъ –
Вонъ тотъ – средь дальнихъ крышъ,
Пятно, какъ снѣгъ, во лбу сіяетъ,
А самъ онъ мастью – рыжъ.

III

Quem tu, Melpomene, semel
  nascentem placido lumine videris,
illum non labor Isthmius
  clarabit pugilem, non equos inpiger

curru ducet Achaico
  victorem, neque res bellica Deliis
ornatum foliis ducem,
  quod regum tumidas contuderit minas,

ostendet Capitolio:
  sed quae Tibur aquae fertile praefluunt
et spissae nemorum comae
  fingent Aeolio carmine nobilem.

Romae, principis urbium,
  dignatur suboles inter amabilis
vatum ponere me choros,
  et iam dente minus mordeor invido.

o testudinis aureae
  dulcem quae strepitum, Pieri, temperas,
o mutis quoque piscibus
  donatura cycni, si libeat, sonum,

totum muneris hoc tui est,
  quod monstror digito praetereuntium
Romanae fidicen lyrae;
  quod spiro et placeo, si placeo, tuum est.

IV. III

Отмѣченный твоимъ
Спокойнымъ вѣщимъ взоромъ, Мельпомена,
Не можетъ стать другимъ:
Атлетомъ онъ не выйдетъ на арену,
Не будетъ никогда
Ахейской дикой править колесницей,
Парѳянская орда
Разсѣется едва ль его десницей.
Но близъ тибурскихъ водъ
Его прославитъ эолійской пѣсней
Лѣсовъ зеленый сводъ.
Нѣтъ жребія щастливѣй и чудеснѣй:
Вѣдь римляне меня
Среди поэтовъ лучшихъ помѣстили.
И языки огня
Злой зависти, безсильные, остыли.
Что мнѣ награды ждать
За сладкій звукъ пѣвучей окарины?
Ты рыбѣ можешь дать,
Коли захочешь, голосъ лебединый!
Ни въ томъ, что я поэтъ,
Ни въ стройности стиховъ, ни въ вдохновеньи
Моей заслуги нѣтъ:
Тутъ выборъ твой, твое соизволенье.

IV

Qualem ministrum fulminis alitem,
cui rex deorum regnum in avis vagas
  permisit expertus fidelem
    Iuppiter in Ganymede flavo,

olim iuventas et patrius vigor
nido laborum propulit inscium
  vernique iam nimbis remotis
    insolitos docuere nisus

venti paventem, mox in ovilia
demisit hostem vividus impetus,
  nunc in reluctantis dracones
    egit amor dapis atque pugnae,

qualemve laetis caprea pascuis
intenta fulvae matris ab ubere
  iam lacte depulsum leonem
    dente novo peritura vidit:

videre Raetis bella sub Alpibus
Drusum gerentem Vindelici; quibus
  mos unde deductus per omne
    tempus Amazonia securi

dextras obarmet, quaerere distuli,
nec scire fas est omnia; sed diu
  lateque victrices catervae
    consiliis iuvenis revictae

sensere, quid mens rite, quid indoles
nutrita faustis sub penetralibus
  posset, quid Augusti paternus
    in pueros animus Nerones.

fortes creantur fortibus et bonis;
est in iuvencis, est in equis patrum
  virtus neque inbellem feroces
    progenerant aquilae columbam.

doctrina sed vim promovet insitam
rectique cultus pectora roborant;
  utcumque defecere mores,
    indecorant bene nata culpae.

quid debeas, o Roma, Neronibus,
testis Metaurum flumen et Hasdrubal
  devictus et pulcher fugatis
    ille dies Latio tenebris

qui primus alma risit adorea,
dirus per urbis Afer ut Italas
  ceu flamma per taedas vel Eurus
    per Siculas equitavit undas.

post hoc secundis usque laboribus
Romana pubes crevit et inpio
  vastata Poenorum tumultu
    fana deos habuere rectos,

dixitque tandem perfidus Hannibal:
'cervi, luporum praeda rapacium,
  sectamur ultro quos opimus
    fallere et effugere est triumphus.

gens, quae cremato fortis ab Ilio
iactata Tuscis aequoribus sacra
  natosque maturosque patres
    pertulit Ausonias ad urbes,

duris ut ilex tonsa bipennibus
nigrae feraci frondis in Algido,
per damna, per caedis ab ipso
ducit opes animumque ferro.

non hydra secto corpore firmior
vinci dolentem crevit in Herculem
monstrumve submisere Colchi
maius Echioniaeve Thebae.

merses profundo, pulcrior evenit;
luctere, multa proruet integrum
cum laude victorem geretque
proelia coniugibus loquenda.

Carthagini iam non ego nuntios
mittam superbos: occidit, occidit
spes omnis et fortuna nostri
nominis Hasdrubale interempto.

nil Claudiae non perficient manus,
quas et benigno numine Iuppiter
defendit et curae sagaces
expediunt per acuta belli.'

IV.IV

Споспѣшникъ молніи крылатый
И птичій царственный вожатый,
Испытанъ Зевсомъ былъ и даже
Помогъ ему въ отважной кражѣ,

Волнуемъ молодою кровью,
Покинулъ отчее гнѣздовье
И тутъ же буйными вѣтрами
Былъ вознесенъ надъ облаками.

Толкаемъ хищными страстями
Овчарню разорилъ когтями,
Но все не утихаютъ страсти –
И вотъ онъ змѣя рветъ на части.

И столь же страшенъ малый львенок,
Чуть отъ сосцовъ – но олененокъ
Лишь попадись – и шерсть клоками
Летитъ подъ юными клыками.

Такъ страшенъ Друзъ, сойдясь съ врагами
Въ бояхъ за Ретскими горами,
– Зачѣмъ винделикъ чуть съ пеленокъ
Топоръ преострый Амазонокъ

Въ привычной шуйцѣ все таскаетъ?
Того средь насъ никто не знаетъ –
Но Друзъ, премудрый полководецъ,
Разбилъ воинственный народецъ.

Урокъ тотъ принялъ – въ поученье
Что значитъ умъ, что взросъ подъ сѣнью
Могучей Августовой кроны,
Сокрывшей двухъ дѣтей Нерона.

Отъ смѣлыхъ происходитъ смѣлый –
Возможенъ ль голубь оробѣлый
Въ гнѣздѣ орловъ? Лихой родится
Конекъ у дикой кобылицы.

Развить должно образованье
Природу, душу – воспитанье.
Коли, безпутная, блуждаетъ –
Порокъ породу искажаетъ.

Что сдѣлали Нероны Риму
Надежно памятью хранимо –
Мы помнимъ – у Метавра пало
Въ тотъ день все войско Газдрубала.

Верхъ одержали мы впервые
Съ тѣхъ поръ, какъ къ намъ войска чужія
Вошли, огнемъ побѣдоноснымъ
Летя по высушеннымъ соснамъ.

И съ той поры мы какъ воспряли
И отступать ужъ перестали,
Алтарь пунійцы осквернили –
Возстали боги въ прежней силѣ.

И сразу Ганнибалъ невѣрный
Тогда сказалъ съ тоской безмѣрной:
«Римъ – волкъ, а намъ – судьба оленья:
Бѣжать и тѣмъ искать спасенья,

Покинувъ Иліонъ когда-то,
Спасая отчіе пенаты,
Они поплыли съ грузомъ цѣннымъ
По грознымъ волнамъ бѣлопѣннымъ

Къ брегамъ Авзоніи пристали
И лишь еще сильнѣе стали –
Лѣсъ цѣлый выростаетъ сразу –
На мѣстѣ срубленнаго вяза,

И гидра, хоть и извивалась
Куда слабѣй сопротивлялась
И даже городъ Эхіона
Не зналъ подобнаго дракона.

Ихъ сбросишь въ пропасть – и стократно
Сильнѣйшими придутъ обратно.
Ихъ свалишь съ ногъ – сейчасъ возстанутъ
И снова грозно въ битву прянутъ.

Вѣстей отрадныхъ Карѳагену
Не слать мнѣ больше, перемѣна
Судебъ свершилась, коль не стало
На свѣтѣ брата Газдрубала.

Все рухнуло. Сказать по правдѣ
Все, что захочетъ, сможетъ Клавдій
Свершить надъ нами – для подмоги
Въ бояхъ къ нему приходятъ боги».

V

Divis orte bonis, optume Romulae
custos gentis, abes iam nimium diu:
maturum reditum pollicitus patrum
  sancto concilio, redi.

lucem redde tuae, dux bone, patriae.
instar veris enim voltus ubi tuus
adfulsit populo, gratior it dies
  et soles melius nitent.

ut mater iuvenem, quem Notus invido
flatu Carpathii trans maris aequora
cunctantem spatio longius annuo
  dulci distinet a domo,

votis ominibusque et precibus vocat
curvo nec faciem litore dimovet,
sic desideriis icta fidelibus
  quaerit patria Caesarem.

tutus bos etenim rura perambulat,
nutrit rura Ceres almaque Faustitas,
pacatum volitant per mare navitae,
  culpari metuit fides,

nullis polluitur casta domus stupris,
mos et lex maculosum edomuit nefas,
laudantur simili prole puerperae,
  culpam poena premit comes.

quis Parthum paveat, quis gelidum Scythen,
quis Germania quos horrida parturit
fetus incolumi Caesare? quis ferae
  bellum curet Hiberiae?

condit quisque diem collibus in suis
et vitem viduas ducit ad arbores;
hinc ad vina redit laetus et alteris
  te mensis adhibet deum.

te multa prece, te prosequitur mero
defuso pateris, et Laribus tuum
miscet numen, uti Graecia Castoris
  et magni memor Herculis.

'longas o utinam, dux bone, ferias
praestes Hesperiae' dicimus integro
sicci mane die, dicimus uvidi,
  cum sol Oceano subest.

IV. V

По высшей милости благихъ боговъ рожденный
Хранитель города никѣмъ не превзойденный,
Вернуться вскорости – таковъ былъ твой обѣтъ,
Мы ждемъ – тебя все нѣтъ и нѣтъ!

Въ отлучкѣ долгой ты, и ночь легла надъ Римомъ
Вернись скорѣй и намъ, тобой всегда хранимымъ,
Веснѣ подобный ликъ яви, о нашъ отецъ,
Пусть день заблещетъ наконецъ!

Подобно матери, чей сынъ ужъ больше года
Въ моряхъ за Родосомъ удержанъ непогодой
И въ паруса свои попутный вѣтръ зоветъ,
Хоть, злобный, не стихаетъ Нотъ,

Зовущей, плачущей, на берегу стоящей,
Съ пустынной глади волнъ все взора не сводящей,
Отчизна наша ждетъ, измучена тоской,
Что ты воротишься домой.

Когда на мѣстѣ ты, покойно въ полѣ стаду,
Церера добрые дары намъ шлетъ въ награду,
Разбоя не боясь, къ намъ корабли плывутъ,
И нравы чистые цвѣтутъ,

И чистымъ пламенемъ горитъ очагъ семейный,
Хранитъ его законъ, что чтимъ благоговѣйно,
И сходенъ сынъ съ отцомъ, и мать тѣмъ польщена,
И карѣ быть, коль есть вина.

Мы не пугаемся ни перса ни кантабра,
Германскимъ варваромъ пренебрегаемъ храбро,
Коль Кесарь съ нами есть, испанская война
Нисколько больше не страшна.

Весь день мы на холмахъ безъ всякой намъ угрозы
Къ деревьямъ молодымъ подвязываемъ лозы,
И пьемъ мы, воротясь, когда уже темно,
Во славу Кесаря вино.

Ему и Ларамъ – всей отчизны нашей вѣра,
И чистаго вина пролитая патера,
Для насъ нашъ Кесарь что для грековъ Геркулесъ,
Взирающій на нихъ съ небесъ.

И утромъ, трезвые, и вечеромъ вполпьяна,
Чуть солнце проводивъ въ пучину Океана,
Мы просимъ Кесаря то празднество продлить
И вѣчно рядомъ съ нами быть.

VI

Dive, quem proles Niobaea magnae
vindicem linguae Tityosque raptor
sensit et Troiae prope victor altae
  Pthius Achilles,

ceteris maior, tibi miles impar,
filius quamvis Thetidis marinae
Dardanas turris quateret tremenda
  cuspide pugnax –

ille, mordaci velut icta ferro
pinus aut inpulsa cupressus Euro,
procidit late posuitque collum in
  pulvere Teucro;

ille non inclusus equo Minervae
sacra mentito male feriatos
Troas et laetam Priami choreis
  falleret aulam,

sed palam captis gravis, heu nefas, heu
nescios fari pueros Achivis
ureret flammis, etiam latentem
  matris in alvo,

ni tuis flexus Venerisque gratae
vocibus divom pater adnuisset
rebus Aeneae potiore ductos
  alite muros:

doctor argutae fidicen Thaliae,
Phoebe, qui Xantho lavis amne crinis,
Dauniae defende decus Camenae,
levis Agyieu.

spiritum Phoebus mihi, Phoebus artem
carminis nomenque dedit poetae:
virginum primae puerique claris
patribus orti,

Deliae tutela deae, fugacis
lyncas et cervos cohibentis arcu,
Lesbium servate pedem meique
pollicis ictum,

rite Latonae puerum canentes,
rite crescentem face Noctilucam,
prosperam frugum celeremque pronos
volvere mensis.

nupta iam dices 'ego dis amicum,
saeculo festas referente luces,
reddidi carmen docilis modorum
vatis Horati.'

IV. VI

Богъ, что яростно вмѣстѣ съ сестрою
Стрѣлы мечетъ въ дѣтей Ніобеи!
Тотъ, едва не разрушившій Трою,
– Никого не слабѣе,

Но соперникъ неравный онъ все же
Для тебя, хоть и сынъ онъ Ѳетиды,
Хоть и въ битвѣ пугались до дрожи
Передъ нимъ Дарданиды.

Какъ подрубленный рухнулъ въ безсильѣ,
Какъ сосна посреди буревала,
И, покрыто троянскою пылью,
Его тѣло лежало.

Нѣтъ, въ конѣ – мнимомъ дарѣ Аѳинѣ –
Не проникъ бы онъ въ Трою непрямо,
Чтобы красться въ ночи посрединѣ
Сонной стражи Пріама.

Нѣтъ, при свѣтѣ дневномъ имъ во гнѣвѣ
Всѣ бы были троянцы убиты –
Даже тѣ что – о ужасъ! – во чревѣ
Материнскомъ сокрыты.

Если бъ вашей съ Венерой мольбою
Не смягченъ былъ Юпитер гнѣвливый
Не возстала бы новая Троя
Под звѣздою счастливой.

Киѳаредъ, свѣтлыхъ Музъ обучившій
Ладу пѣсенъ своихъ эолійскихъ,
Въ Ксанѳѣ кудри златыя омывшій
Другъ каменъ италійскихъ

Ты меня одарилъ вдохновеньемъ
И искусные далъ мнѣ напѣвы.
Вы о юноши происхожденьемъ
Выше прочихъ, и дѣвы

Цѣломудріемъ славны, слѣдите
За рукой – отбью я, какъ надо,
Ритмъ вамъ точный и не повредите
Вы лесбійскаго лада.

Мы поемъ Аполлона съ Діаной,
Что средь неба ночного сверкаетъ
И, даря урожай, неустанно
Ходъ временъ ускоряетъ.

Дѣва нѣжная! Станешь женою –
Скажешь: пѣсню я пѣла когда-то,
Что однажды придумалъ весною
Самъ Горацій крылатый.

VII

Diffugere nives, redeunt iam gramina campis
arboribusque comae;
mutat terra vices, et decrescentia ripas
flumina praetereunt.

Gratia cum Nymphis geminisque sororibus audet
ducere nuda choros.
inmortalia ne speres, monet annus et almum
quae rapit hora diem.

frigora mitescunt Zephyris, ver proterit aestas,
interitura, simul
pomifer autumnus fruges effuderit, et mox
bruma recurrit iners.

damna tamen celeres reparant caelestia lunae:
nos ubi decidimus
quo pius Aeneas, quo dives Tullus et Ancus,
pulvis et umbra sumus.

quis scit an adiciant hodiernae crastina summae
tempora di superi?
cuncta manus avidas fugient heredis, amico
quae dederis animo.

cum semel occideris et de te splendida Minos
fecerit arbitria,
non, Torquate, genus, non te facundia, non te
restituet pietas.

infernis neque enim tenebris Diana pudicum
  liberat Hippolytum
nec Lethaea valet Theseus abrumpere caro
  vincula Pirithoo.

IV.VII

Снѣги сошли и деревья одѣлись листвою
Зазеленѣли призывно луга,
Ликъ измѣнивъ свой, омылась земля синевою,
Рѣки вернулись въ свои берега.

Грація юная, смѣлой гордясь наготою,
Тянетъ сестеръ за собой въ хороводъ.
Ты – не безсмертенъ, не тѣшься надеждой пустою, –
Скажетъ тебѣ обновившійся годъ.

Стужа ушла из-за теплаго натиска юга,
Лѣто прогонитъ весну въ свой чередъ,
Осень плоды принесетъ, но воротится вьюга,
Глядь, и зима свое снова вернетъ.

Меркнетъ луна, но опять возраждается въ силѣ.
Мы – исчезаемъ отсюда навѣкъ.
Вслѣдъ за Энеемъ и Марцій ушелъ, и Хостилій –
Тѣнь лишь и прахъ на землѣ человѣкъ.

Знаетъ ли кто, что случится на утро другое?
Лишняго дня не прибавишь себѣ.
Быстро наслѣдникъ придетъ и тебѣ дорогое
Схватитъ рукой въ ненасытной алчбѣ.

Коли, Торкватъ, попадешься подъ острую косу,
То краснорѣчье уже ни къ чему.

Мертвый, услышишь ты судъ непреклонный Миноса
И ничего не отвѣтишь ему.

Ни Ипполита Діана спасти не сумѣла,
Ни Пириѳоя отважный Тезей –
Въ мракѣ летейскомъ сжимаютъ безмолвное тѣло,
Все неразбитыя, триста цѣпей.

VIII

Donarem pateras grataque commodus,
Censorine, meis aera sodalibus,
donarem tripodas, praemia fortium
Graiorum, neque tu pessuma munerum

ferres, divite me scilicet artium
quas aut Parrhasius protulit aut Scopas,
hic saxo, liquidis ille coloribus
sollers nunc hominem ponere, nunc deum.

sed non haec mihi vis, nec tibi talium
res est aut animus deliciarum egens:
gaudes carminibus; carmina possumus
donare, et pretium dicere muneri.

non incisa notis marmora publicis,
per quae spiritus et vita redit bonis
post mortem ducibus, [non celeres fugae
reiectaeque retrorsum Hannibalis minae

non incendia Karthaginis inpiae
eius qui domita nomen ab Africa
lucratus rediit] clarius indicant
laudes quam Calabrae Pierides, neque

si chartae sileant quod bene feceris,
mercedem tuleris. quid foret Iliae
Mavortisque puer, si taciturnitas
obstaret meritis invida Romuli?

ereptum Stygiis fluctibus Aeacum
virtus et favor et lingua potentium
vatum divitibus consecrat insulis.
[dignum laude virum Musa vetat mori]
caelo Musa beat. sic Iovis interest

optatis epulis inpiger Hercules,
clarum Tyndaridae sidus ab infimis
quassas eripiunt aequoribus ratis,
[ornatus viridi tempora pampino]
Liber vota bonos ducit ad exitus.

IV. VIII

Случись вдругъ цѣнностямъ найтись въ моемъ владѣньѣ
Всѣ раздарю друзьямъ легко, безъ принужденья –
Треножникъ бронзовый, который грекъ-атлетъ
На Играхъ получилъ и всѣ патеры вслѣдъ
Отдамъ, не думая, и ты ни въ коемъ разѣ
Безъ дара не уйдешь: что Скопасъ и Парразій
– Изъ мрамора – одинъ, и красками – другой –
Сумѣли сотворить – ты заберешь съ собой.
Но у меня ихъ нѣтъ и не было, признаться,
А ты богатъ, тебѣ – онѣ не пригодятся.
Но любишь ты стихи, а ихъ могу я дать,
И цѣну имъ всегда умѣю я назвать.
Ни стела мраморна, которою дается
По смерти жизнь опять герою-полководцу,
Ни бѣгство быстрое, что выбралъ Ганнибалъ,
Ни звукъ его угрозъ, что онъ намъ вспять бросалъ
Ни пламя грозное пожара Карѳагена
Не вырвутъ имени изъ вѣкового тлѣна –
Куда неслышнѣе все это говоритъ
О Сципіонѣ намъ, чѣмъ пѣсня Піеридъ.

О подвигѣ твоемъ онѣ хранятъ молчанье? –
Тебѣ награды нѣтъ, и тщетны всѣ старанья.
Представь себѣ на мигъ, что пѣсенъ звукъ сталъ нѣмъ,
Кто зналъ бы на землѣ, что Ромулъ былъ и Ремъ?
Былъ Эакъ поселенъ на островахъ блаженныхъ,
Попалъ бы он туда безъ пѣсенъ драгоцѣнныхъ?
Достойный славы мужъ вовѣки не умретъ,
Коль Муза всѣ его дѣянья воспоетъ.
И лишь она одна на звѣздный пиръ къ Зевесу
Неутомимаго возводитъ Геркулеса,
Со дна морского такъ подыметъ вдругъ звѣзда
Корабль забытый тамъ, казалось, навсегда,
Такъ Вакхъ, лозой увитъ, въ чудесное мгновеньѣ
Надеждамъ лучшимъ вдругъ даруетъ исполненье.

IX

Ne forte credas interitura quae
longe sonantem natus ad Aufidum
  non ante volgatas per artis
    verba loquor socianda chordis:

non, si priores Maeonius tenet
sedes Homerus, Pindaricae latent
  Ceaeque et Alcaei minaces
    Stesichorique graves Camenae,

nec, siquid olim lusit Anacreon,
delevit aetas; spirat adhuc amor
  vivuntque conmissi calores
    Aeoliae fidibus puellae.

non sola comptos arsit adulteri
crinis et aurum vestibus inlitum
  mirata regalisque cultus
    et comites Helene Lacaena,

primusve Teucer tela Cydonio
direxit arcu, non semel Ilios
  vexata, non pugnavit ingens
    Idomeneus Sthenelusve solus

dicenda Musis proelia, non ferox
Hector vel acer Deiphobus gravis
  excepit ictus pro pudicis
    coniugibus puerisque primus.

vixere fortes ante Agamemnona
multi; sed omnes inlacrimabiles
  urgentur ignotique longa
    nocte, carent quia vate sacro.

paulum sepultae distat inertiae
celata virtus. non ego te meis
  chartis inornatum silebo
    totve tuos patiar labores

inpune, Lolli, carpere lividas
obliviones: est animus tibi
  rerumque prudens et secundis
    temporibus dubiisque rectus,

vindex avarae fraudis et abstinens
ducentis ad se cuncta pecuniae,
  consulque non unius anni,
    sed quotiens bonus atque fidus

iudex honestum praetulit utili,
reiecit alto dona nocentium
  voltu, per obstantis catervas
    explicuit sua victor arma.

non possidentem multa vocaveris
recte beatum; rectius occupat
  nomen beati, qui deorum
    muneribus sapienter uti

duramque callet pauperiem pati
peiusque leto flagitium timet,
  non ille pro caris amicis
    aut patria timidus perire.

IV. IX

Гремящаго по всей долинѣ
Близъ Авфида я былъ рожденъ –
Для струнъ не слыханный донынѣ
Я отыскалъ особый тонъ.

Гомеръ – тутъ нѣтъ и разговора –
Все первый – до скончанья дней,
Но мощь не стихла Стесихора,
Гремитъ воинственный Алкей,

Стихи Анакреона – живы,
И, времени наперекоръ,
Все нѣжной Сафо переливы,
Любовью дышатъ до сихъ поръ.

О нѣтъ, не первою Елена
Плѣнилась роскошью кудрей
Красавца-гостя, и измѣна
Всѣхъ пѣсенъ на землѣ старѣй.

До Тевкра многіе герои
Натягивали звонкій лукъ,
Осады были и до Трои
Бывало много горшихъ мукъ,

Чѣмъ тѣ, что въ Троѣ претерпѣли,
И Гекторъ мужъ не первый былъ
Кто заслужилъ, чтобы воспѣли
Его, въ защитѣ стойкій, пылъ.

До Агамемнона знавали
Другихъ, не меньшихъ, храбрецовъ –
Ихъ имена въ ночи пропали
Вѣдь не было тогда пѣвцовъ.

Передъ забвеньемъ – въ равной долѣ
И трусъ и доблестный герой.
Я постараюсь, друже Лоллій,
Чтобъ не истерся образъ твой

И избѣжалъ исчезновенья.
Умомъ ты свѣтлъ, душою прямъ,
Таковъ всегда, безъ измѣненья –
По лучшимъ и по худшимъ днямъ.

Ты неподкупенъ и боится
Тебя караемый порокъ,
И консульство твое продлится
Подоле, чѣмъ обычный срокъ,

И съ выраженіемъ презрѣнья
Ты отвергаешь всѣ дары
Виновныхъ въ явномъ преступленьи,
Еще опасныхъ до поры.

Для счастія богатства многи
Намъ недостаточно имѣть.
Важнѣй что намъ послали боги
Съ умомъ использовать умѣть,

Что смерть? – а бѣдность и подавно
Безчестье во сто кратъ страшнѣй
Тѣмъ, кто бы смогъ погибнуть славно
За родину и за друзей.

X

O crudelis adhuc et Veneris muneribus potens,
insperata tuae cum veniet pluma superbiae

et quae nunc umeris involitant, deciderint comae,
nunc et qui color est puniceae flore prior rosae,

mutatus, Ligurine, in faciem verterit hispidam,
dices 'heu', quotiens te speculo videris alterum,

quae mens est hodie, cur eadem non puero fuit,
vel cur his animis incolumes non redeunt genae?'

IV. X

Гордый даромъ Афродиты и жестокій въ похвальбѣ,
Лишь немного подожди ты – пухъ проступитъ на губѣ,
Волосы что прихотливо вьются буйно тамъ и тутъ
Выпрямятся некрасиво, порѣдеютъ, опадутъ
Кожа станетъ ноздреватой, грубыми черты лица,
Не увидишь никогда ты больше въ зеркалѣ юнца,
Скажешь мыслямъ: гдѣ вы были столько
невозвратныхъ лѣтъ?
Страсть проснулась въ полной силѣ – только
молодости нѣтъ.

XI

Est mihi nonum superantis annum
plenus Albani cadus, est in horto,
Phylli, nectendis apium coronis,
  est hederae vis

multa, qua crinis religata fulges;
ridet argento domus, ara castis
vincta verbenis avet immolato
  spargier agno;

cuncta festinat manus, huc et illuc
cursitant mixtae pueris puellae,
sordidum flammae trepidant rotantes
  vertice fumum.

ut tamen noris, quibus advoceris
gaudiis, Idus tibi sunt agendae,
qui dies mensem Veneris marinae
  findit Aprilem,

iure sollemnis mihi sanctiorque
paene natali proprio, quod ex hac
luce Maecenas meus adfluentis
  ordinat annos.

Telephum, quem tu petis, occupavit
non tuae sortis iuvenem puella
dives et lasciva tenetque grata
  compede vinctum.

terret ambustus Phaethon avaras
spes et exemplum grave praebet ales
Pegasus terrenum equitem gravatus
  Bellerophontem,

semper ut te digna sequare et ultra
quam licet sperare nefas putando
disparem vites. age iam, meorum
  finis amorum

(non enim posthac alia calebo
femina), condisce modos, amanda
voce quos reddas; minuentur atrae
  carmine curae.

IV. XI

Вина – девятилѣтняго старѣй –
Я бочку выкатилъ не безъ усилья,
Въ саду моемъ есть плющъ и сельдерей
Въ огромномъ изобильѣ –

Есть изъ чего вѣнокъ себѣ сплести,
И серебро и блещетъ и смѣется,
Алтарь листвою весь укрытъ почти –
Все жертвы не дождется.

Рабы повсюду весело снуютъ,
Весь домъ хлопочетъ споро, суетится
Горятъ костры, все выше возстаютъ,
И черный дымъ клубится.

И радостно въ заботахъ этихъ всѣмъ –
Венеринъ мѣсяцъ нынче дѣлятъ иды

Напополамъ. Спроси меня зачѣмъ
Зову тебя, Филлида?

Чѣмъ этотъ день среди другихъ прослылъ,
Зачѣмъ ему мы радуемся пуще?
Мой Меценатъ въ потокъ временъ вступилъ
Стремительно бѣгущій!

По Телефу ты сохнешь – только зря,
Добыча онъ богатенькой рѣзвушки.
И сладостно, по правдѣ говоря,
Ему въ такой ловушкѣ.

Сожженный солнцемъ рухнулъ Фаэтонъ
Ночного выбрать для полета часа
Онъ не хотѣлъ. Упалъ Беллерофонъ
Съ могучаго Пегаса.

Все это говоритъ: намъ нужно жить,
Не выходя за должные предѣлы,
А вотъ Горація тебѣ любить –
Совсѣмъ другое дѣло.

Слабѣетъ пылъ нашъ позднею порой,
Другую полюблю теперь едва ли.
Спой милая! пусть сладкій голосъ твой
Разсѣетъ всѣ печали.

XII

Iam veris comites, quae mare temperant,
inpellunt animae lintea Thraciae,
iam nec prata rigent nec fluvii strepunt
  hiberna nive turgidi.

nidum ponit Ityn flebiliter gemens
infelix avis et Cecropiae domus
aeternum opprobrium, quod male barbaras
  regum est ulta libidines.

dicunt in tenero gramine pinguium
custodes ovium carmina fistula
delectantque deum, cui pecus et nigri
  colles Arcadiae placent.

adduxere sitim tempora, Vergili.
sed pressum Calibus ducere Liberum
si gestis, iuvenum nobilium cliens,
  nardo vina merebere.

nardi parvus onyx eliciet cadum,
qui nunc Sulpiciis accubat horreis,
spes donare novas largus amaraque
  curarum eluere efficax.

ad quae si properas gaudia, cum tua
velox merce veni: non ego te meis
inmunem meditor tinguere poculis,
  plena dives ut in domo.

verum pone moras et studium lucri
nigrorumque memor, dum licet, ignium
misce stultitiam consiliis brevem:
dulce est desipere in loco.

IV. XII

Вѣтеръ весенній изъ Ѳракіи дуетъ,
Парусъ наполненъ и море безбрежно,
Горныя рѣки давно не бушуютъ,
Поле – безснѣжно.

Итиса помня, сестра Филомелы
Плачетъ, но домикъ свой лѣпитъ скорѣе,
Страшнымъ отмстила за страшное дѣло
Звѣрю Терею.

Овцы лѣнивыми бродятъ стадами,
Тихо чаруютъ свирѣли пастушьи,
И надъ зелеными дремлетъ холмами
Богъ въ благодушьи.

Милости знатныхъ юнцовъ не лишенный,
Горло, Вергилій, такъ сушитъ весною!
Коли мнѣ нардъ принесешь благовонный –
Погребъ открою!

Нарда кувшинчикомъ – пусть самый малый! –
Выманимъ пиѳосъ оттуда огромный –
Сразу тоски нашей какъ не бывало
Горькой и темной.

Не потерялъ я въ конецъ еще разумъ,
Я не транжира и невѣроятно

То, что ты пиθосъ калійскаго разомъ
Выпьешь безплатно!

Жадность оставь свою, вспомни – все ближе
Черный и мрачный костеръ погребальный,
Сладко забыться намъ – такъ приходи же
Пить безпечально!

XIII

Audivere, Lyce, di mea vota, di
audivere, Lyce: fis anus; et tamen
  vis formosa videri
    ludisque et bibis inpudens

et cantu tremulo pota Cupidinem
lentum sollicitas: ille virentis et
  doctae psallere Chiae
    pulcris excubat in genis.

inportunus enim transvolat aridas
quercus et refugit te, quia luridi
  dentes, te quia rugae
    turpant et capitis nives.

nec Coae referunt iam tibi purpurae
nec cari lapides tempora, quae semel
  notis condita fastis
    inclusit volucris dies.

quo fugit venus, heu, quove color, decens
quo motus? quid habes illius, illius,
  quae spirabat amores,
    quae me surpuerat mihi,

felix post Cinaram notaque et artium
gratarum facies? sed Cinarae brevis
  annos fata dederunt,
    servatura diu parem

cornicis vetulae temporibus Lycen,
possent ut iuvenes visere fervidi
  multo non sine risu
    dilapsam in cineres facem.

IV. XIII

Я просилъ – и боги вняли,
Вняли, Лика, ты – стара.
Не развѣешь той печали
Дикимъ пьянствомъ до утра.

Въ скукѣ Купидонъ зѣваетъ,
Лишь заслыша голосъ твой,
Онъ теперь у щекъ витаетъ
Киѳаристки молодой.

Прочь отъ дерева сухого
Съ отвращеніемъ летитъ,
Зуба желтаго, кривого,
Ни за что онъ не проститъ.

Блескомъ новыхъ украшеній
Эха вспять не воротить
Слишкомъ громкихъ похожденій,
Не забытыхъ, можетъ быть.

И куда теперь пропала
Красота, которой я
(Страстью вся она дышала)
Былъ похищенъ у себя?

С Кинарой ты схожа странно –
Мастерицей сладкихъ нѣгъ.

Умерла она такъ рано,
Дологъ твой унылый вѣкъ.

Ты теперь вороной старой
Вызываешь смѣхъ и страхъ.
Остается отъ пожара
Сѣрый пепелъ, хладный прахъ.

XIV

Quae cura patrum quaeve Quiritium
plenis honorum muneribus tuas,
Auguste, virtutes in aevum
per titulos memoresque fastus

aeternet, o qua sol habitabilis
inlustrat oras, maxime principum,
quem legis expertes Latinae
Vindelici didicere nuper,

quid Marte posses. milite nam tuo
Drusus Genaunos, inplacidum genus,
Breunosque velocis et arces
Alpibus inpositas tremendis

deiecit acer plus vice simplici,
maior Neronum mox grave proelium
conmisit immanisque Raetos
auspiciis pepulit secundis,

spectandus in certamine Martio
devota morti pectora liberae
quantis fatigaret ruinis,
indomitas prope qualis undas

exercet Auster Pleiadum choro
scindente nubis, inpiger hostium
vexare turmas et frementem
mittere equum medios per ignis.

sic tauriformis volvitur Aufidus,
qui regna Dauni praefluit Apuli,
  cum saevit horrendamque cultis
    diluviem meditatur agris,

ut barbarorum Claudius agmina
ferrata vasto diruit impetu
  primosque et extremos metendo
    stravit humum sine clade victor,

te copias, te consilium et tuos
praebente divos. nam tibi quo die
  portus Alexandrea supplex
    et vacuam patefecit aulam,

Fortuna lustro prospera tertio
belli secundos reddidit exitus
  laudemque et optatum peractis
    imperiis decus arrogavit.

te Cantaber non ante domabilis
Medusque et Indus, te profugus Scythes
  miratur, o tutela praesens
    Italiae dominaeque Romae.

te fontium qui celat origines
Nilusque et Hister, te rapidus Tigris,
  te beluosus qui remotis
    obstrepit Oceanus Britannis,

te non paventis funera Galliae
duraeque tellus audit Hiberiae,
  te caede gaudentes Sygambri
    conpositis venerantur armis.

IV. XIV

О Августъ, пристало Отцамъ и квиритамъ
Хвалу тебѣ громко воздать,
Дать имя поступкамъ твоимъ знаменитымъ
И въ фасты ихъ всѣ записать.

Ты первый средь первыхъ, дневное свѣтило –
На свѣтѣ всѣхъ сущихъ живишь,
Ты всѣхъ одолѣвшая римская сила,
Латинскій законъ ты даришь

Винделикамъ дикимъ, генавнамъ проворнымъ;
Велѣлъ ты – и пасынокъ твой
Двойнымъ наступленьемъ нанесъ непокорнымъ
Ударъ, бывшій силы такой,

Что снесъ онъ, какъ вѣтромъ, всѣ башни со склоновъ
Альпійскихъ, затѣмъ – под счастливой звѣздой –
Мощнѣйшій и старшій изъ братьевъ Нероновъ,
Ужаснѣйшій вытерпѣвъ бой,

Ретійцевъ сломилъ и разсѣялъ ихъ яро
И стоило то посмотрѣть
Какъ въ марсовой схваткѣ онъ сыпалъ удары
На тѣхъ, кто хотѣлъ умерѣть

Свободными. Точно, какъ вѣтеръ суровый,
Что дуетъ навстрѣчу волнѣ,
Въ огонь онъ кидался все снова и снова,
Скача на дрожащемъ конѣ.

Такъ въ точности Ауфидъ быкоподобный,
Чтобъ ярость свою утолить,
Несется въ долину безумно и злобно,
Готовясь поля затопить.

Стоявшій упорно стальнымъ полукругомъ
Онъ варваровъ строй проломилъ,
Потерь не понесъ онъ и всѣ другъ за другомъ
Ряды ихъ подъ корень скосилъ.

Ты, Августъ, ему подчинилъ легіоны
И весь былъ тотъ замыселъ – твой.
И боги смотрѣли съ небесъ удивленно
На этотъ ударъ громовой.

Три люстра прошло съ той поры, какъ три порта
Впустили твои корабли,
И снова во прахѣ враги распростерты
Иль сдаться тебѣ предпочли.

И мощи твоей изумились кантабры,
Мечи свои внизъ опустивъ,
Сдались и уже не сражаются храбро
И персъ, и индіецъ, и скиѳъ.

И Нилъ, что свои гдѣ-то прячетъ истоки,
Смирился теперь предъ тобой,
И берегъ британскій скалистый далекій,
Гдѣ грозно рокочетъ прибой.

Отчаянны галлы, сигамбры кровавы
Съ тобой воевать не хотятъ –
Оружье сложили и громкую славу
Великаго Августа чтятъ.

XV

Phoebus volentem proelia me loqui
victas et urbis increpuit lyra,
  ne parva Tyrrhenum per aequor
    vela darem. tua, Caesar, aetas

fruges et agris rettulit uberes
et signa nostro restituit Iovi
  derepta Parthorum superbis
    postibus et vacuum duellis

Ianum Quirini clausit et ordinem
rectum evaganti frena licentiae
  iniecit emovitque culpas
    et veteres revocavit artis,

per quas Latinum nomen et Italae
crevere vires famaque et imperi
  porrecta maiestas ad ortus
    solis ab Hesperio cubili.

custode rerum Caesare non furor
civilis aut vis exiget otium,
  non ira, quae procudit ensis
    et miseras inimicat urbis;

non qui profundum Danuvium bibunt
edicta rumpent Iulia, non Getae,
  non Seres infidique Persae,
    non Tanain prope flumen orti;

nosque et profestis lucibus et sacris
inter iocosi munera Liberi
  cum prole matronisque nostris
    rite deos prius adprecati

virtute functos more patrum duces
Lydis remixto carmine tibiis
  Troiamque et Anchisen et almae
    progeniem Veneris canemus.

IV. XV

Фебъ грянулъ на лирѣ и былъ мною понятъ:
О битвахъ нельзя мнѣ теперь говорить –
Въ Тирренской пучинѣ челнокъ мой утонетъ,
И парусъ я долженъ сложить.

Сбираемъ мы жатву обильную въ полѣ,
Сорвали своихъ легіоновъ значки
Мы съ храмовъ пареянскихъ и вновь въ Капитолій
Вернули, врагамъ вопреки.

И въ храмѣ Квирина мы заперли двери,
Нашъ Кесарь хорошій преподалъ урокъ
Распущеннымъ нравамъ – вездѣ въ полной мѣрѣ
Сурово наказанъ порокъ.

Законы, что далъ онъ, вездѣ верховодятъ.
И римская сила повсюду растетъ –
Отъ дальней Испаньи, гдѣ солнце заходитъ,
До края, гдѣ солнце встаетъ.

Нашъ Кесарь хранитъ насъ, нигдѣ возмущенье
Не вспыхнетъ, гражданская стихла война,

Нѣтъ больше ни гнѣва, ни ожесточенья,
И сладостна намъ тишина.

И скиѳы, за Дономъ рожденные гдѣ-то,
И тѣ, кого воды Дуная поятъ,
И серы, и персы, и даки, и геты
Законы латинскіе чтятъ.

И въ праздничный день мы и въ самый обычный,
Вкусивъ отъ того, что далъ Либеръ благой,
Къ богамъ вознеся всѣ молитвы прилично
Со всѣми дѣтьми и женой

Подъ нѣжную флейту лидійскаго строя
Поемъ по обычаю прежнихъ пѣвцовъ
Про матерь-Венеру и старую Трою,
Анхиза и древнихъ Отцовъ.

СОДЕРЖАНИЕ

LIBER PRIMVS

КНИГА ПЕРВАЯ

LIBER SECVNDVS

КНИГА ВТОРАЯ

LIBER TERTIVS

КНИГА ТРЕТЬЯ

LIBER QVARTVS

КНИГА ЧЕТВЕРТАЯ

Квинт Гораций Флакк.
Г67 Оды / Пер. с лат. А. Кокотова; печатается в дореформенной орфографии. – М.: Водолей, 2018. – 296 с.

ISBN 978–5–91763–440–1

Новый, третий по счету после переводов А. А. Фета (1856) и П. Ф. Порфирова (1902), полный стихотворный русский перевод всех четырех книг од Горация возвращается к почти забытой в двадцатом веке традиции передачи горацианской лирики средствами русского рифмованного стиха. Переводчик Алексей Кокотов полностью разделяет распространенное среди специалистов мнение, что все попытки копирования античных схем, основанных на чуждой новым языкам квантитативной метрике, неизменно приводят к художественному краху, и что переводы Горация, сделанные в последние сто лет, читать, за редчайшими исключениями, и скучно, и мучительно. Переводчик также полагает, что, возвращаясь к русскому стиху, совершенно необходимо, следуя почину уже нескольких культурных русских издательств, возвратиться и к русскому правописанию: книга печатается в дореформенной орфографии.

А. Кокотов (р. 1965) – автор статей и стихов, публиковавшихся в московских, петербургских и зарубежных литературных журналах, переводов из английской, немецкой и французской поэзии, книги «Над черным зеркалом» (М.: Водолей, 2008), составитель и переводчик собрания стихотворений Поля Валери (М.: Текст, 2017).

ББК 84(4Лат)
УДК 821.124

Квинт Гораций Флакк

Оды
Перевод с латинского А. Кокотова

Технический редактор *А. Ильина*
Корректор *Н. Корсакова*

Подписано в печать 20.10.18. Формат 84x108/32
Бумага офсетная. Печать цифровая
Печ. *л.* 9,25. Заказ №

Издательство «Водолей»
127254, г. Москва, ул. Гончарова, 17-А, кор. 2, к. 23
Официальный сайт: http://www.vodoleybooks.ru
E-mail: info@vodoleybooks.ru

Отпечатано: АО «Т8 Издательские Технологии»
109316 Москва, Волгоградский проспект, дом 42, корпус 5
Тел.: 8 (499) 322-38-30

16+



Новый, третий по счету после переводов А. А. Фета (1856) и П. Ф. Порфирова (1902), полный стихотворный русский перевод всех четырех книг од Горация возвращается к почти забытой в двадцатом веке традиции передачи горацианской лирики средствами русского рифмованного стиха. Переводчик Алексей Кокотов полностью разделяет распространенное среди специалистов мнение, что все попытки копирования античных схем, основанных на чуждой новым языкам квантитативной метрике, неизменно приводят к художественному краху, и что переводы Горация, сделанные в последние сто лет, читать, за редчайшими исключениями, и скучно, и мучительно. Переводчик также полагает, что, возвращаясь к русскому стиху, совершенно необходимо, следуя почину уже нескольких культурных русских издательств, возвратиться и к русскому правописанию: книга печатается в дореформенной орфографии.

А. Кокотов (р. 1965) – автор статей и стихов, публиковавшихся в московских, петербургских и зарубежных литературных журналах, переводов из английской, немецкой и французской поэзии, книги «Над черным зеркалом» (М.: Водолей, 2008), составитель и переводчик собрания стихотворений Поля Валери (М.: Текст, 2017).

9 785917 634401